ut debitæ ſolemnitates ſerventur in judiciis, quibus omiſſis judicium redditur fruſtatorium.

Cap. X. *Cum non*. (1) Clericus depoſitus incorrigibilis excommunicandus eſt, & ſucceſſive anathematizandus: etſi ſic non reſipuerit, per judicem ſecularem comprimendus eſt.

☞ *Intellige poſtquam ei traditur eſt a Judice eccleſiaſtico.*

Cap. XI. *Quia*. (2) Per reſcriptum impetratum contra violentum occupatorem convenitur qui ſcienter ſuccedit in vitium.

Cap. XII. *Cum veniſſent*. (3) Solus Papa cognoſcit de dubiis privilegiorum Apoſtolicæ Sedis, & non inferior.

Cap. XIII. *Novit ille*. (4) Judex Eccleſiaſticus poteſt per viam denunciationis evangelicæ, ſeu judicialis procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum maxime ratione perjurii, vel pacis fractæ.

Cap. XIV. *Paſtoralis*. (5) Principalis perſona per ſe, non per advocatum debet factum proponere in judicio, niſi ſit indiſcreta: advocatus enim proponere debet jus, quod oritur ex facto.

Cap. XV. *Examinata*. (6) Si actio, & intentio ſunt ineptæ, vel ſola intentio, debet reus abſolvi ab inſtantia judicii: iterum tamen actor audietur, ſi apte egerit.

Cap. XVI. *Cum deputati*. (7) Præceptores Templi pro domibus ſuis agere, & defendere poſſunt, nec obſtat eis Religio, vel quod ignota ſit eorum origo.

Cap. XVII. *Qualiter*. (8) Prælati debent laicis de Clericis, appellatione fruſtatoria non obſtante, juſtitiam facere: ad ſæculare tamen forum Clerici a laicis trahi non debent, etiam data ipſorum Prælatorum negligentia.

☞ *Et excommunicationem incurrunt Papæ reſervatam ex Bulla Cœnæ cap. 14. 15. & 16. ac vide innovationem Elencho IV. num. VII.*

Cap. XVIII. *Cauſam*. (9) Judex habens ut privatus pene conſimilem cauſam, quam habet ut judex, a judicando removetur.

Cap. XIX. *Exhibita*. (10) Si Judices de principali, & exceptionibus præjudicialibus ſimul cognoſcunt, vel ſuper principali lite non conteſtata teſtes recipiunt, licite ab eis appellatur.

Cap. XX. *Venerabilis*. (11) Lapſu triennii non obſtante, poteſt delegatus in cauſa ſibi commiſſa procedere.

☞ *Vide correctionem Elencho II. n. XLVIII.*

Cap. XXI. *Significaverunt*. (12) Actor obtinens in poſſeſſorio coram Judice rei, non tenetur coram eo Judice ſuper proprietate reſpondere, ſi eſt prorſus alterius fori.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo continente III. Capitula.*

Cap. I. *Juris*. (13) Judex delegatus non habens ad hoc ſpeciale mandatum a Papa, non poteſt compellere partem, ut perſonaliter coram eo compareat, niſi ex rationabili cauſa.

Cap. II. *Mulieres*. (14) Mulieres perſonaliter ad judicium, quacumque cauſa in jure non expreſſa, invitæ trahendæ non ſunt: ſed ſi neceſſarium ſit ipſarum teſtimonium, in cauſa Judex expenſis producentis interdum ibit, interdum mittet, & Judex fraudulenter vadens, excommunicatus eſt. Mulieres religioſæ etiam volentes, extra monaſterium ſuum ex aliqua cauſa perſonaliter ad judicium trahi non poſſunt; quod contra prædicta fit, eſt irritum.

☞ *Excommunicatio iſta non eſt reſervata.*

Cap. III. *Si annum*. (15) Major XIV. annis per ſe, & per procuratorem poteſt agere, & defendere cauſam ſpiritualem: Minor XIV. per ſe non agit, ſed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate Ordinarii eccleſiaſtici Judicis, & etiam Delegati dati ad cauſas illas. Filius familias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem.

IN CLEMENTINIS *Lib. II. ſub eodem Titulo continente II. Capitula.*

Cap. I. *Dudum*. (16) Conſtitutio Bonifacii, quæ habet, quod citationes etiam extra dies ſolemnes publicæ factæ de mandato Papæ, in audientia litterarum Apoſtolicarum, vel Papali Palatio affixæ januis majoris Eccleſiæ loci, in quo Papa cum Curia ſua degit, arctent citatum, ac ſi ad eum perſonaliter deveniſſent: reſtringitur ad eos, qui impediunt, ne ad eos poſſit citatio pervenire, vel quorum domicilium tute non poteſt adiri.

Cap. II. *Diſpendioſam*. (17) In cauſis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & uſurarum, & ipſas tangentibus procedi poteſt ſimpliciter, & de plano, abſque judiciorum ſtrepitu, & figura.

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS.

Lib. II. ſub eodem Titulo.

Cap. unic. *Frequentes*. (18) Decretalem *ſuper Cathedram in Clement. 1. per c. Dudum innovatam* jubet obſervari: neque propter illam debent Religioſi mendicantes eſſe moleſti, & graves Prælatis, neque Prælati ipſis Religioſis. Etſi ſint aliquæ injuriæ, vel moleſtationes hinc inde factæ, Papa vult juſtitiæ complementum breviter exhiberi, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii; vel aliter, prout qualitas exceſſuum exigit, non obſtantibus quibuſcumque obſtaculis, quæ poſſent his obviare.

DE FORO COMPETENTI.

TITULUS II. *continens XX. Capitula.*

Cap. I. *Si quis*. (19) Clericus coram ſuo Epiſcopo conveniri debet.

☞ *Circa prorogationem juriſdictionis, de qua in textu, vide Elencho I. n. XIV.*

☞ *Quando controverſia contra Clericum eſt de Feudo, dic ut in capp. 6. & 7. infra.*

Cap. II. *Nullus*. (20) Judex ſæcularis ſi Clericum per ſe diſtringit, vel condemnat, excommunicari debet.

☞ *Hodie ex Bulla* Cœnæ *eſt ipſo jure excommunicatus, ſive agatur de cauſis civilibus, ſive de criminalibus; & ſub nomine Clerici venit etiam initiatus prima Tonſura Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de ref. ſervatis conditionibus ibi appoſitis.*

Cap. III. *Sane*. (21) Ratione rei, de qua agitur, ſortitur quis forum ibi, ubi res eſt.

Cap. IV. *Si quis*. (22) Epiſcopus ut ſuſpectus recuſatus, de cujus ſuſpicione notorie conſtat, poteſt dare delegatum Partibus non ſuſpectum, cujus ſententiam poterit per ſe exequutioni mandare.

Cap. V. *Si Clericus*. (23) Super re Eccleſiæ, vel Clerici poteſt laicus coram eccleſiaſtico Judice conveniri: ſed ſi probabiliter negat rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici ad juriſdictionem eccleſiaſticam declinandam convenitur coram ſuo Judice.

Cap. VI. *Ex tranſmiſſa*. (24) Si quæſtio feudalis eſt inter Clericum, & Laicum, cognoſcet Dominus feudi: ſed eo negligente, cognoſcet Delegatus Papæ etiam ante negligentiam datus.

Cap. VII. *Verum*. (25) Per Dominum feudi ſæcularem, ſive eccleſiaſticum, quæſtio feudalis terminari debet, etiam ſi Vaſalli ſint Clerici: & ſi plures prætendantur Domini, non poteſt unus cognoſcere, maxime alio abſente an feudum ad eum pertineat.

Cap. VIII. *Cum ſit*. (26) Malefactores Eccleſiarum in utroque foro conveniri poſſunt.

Cap. IX. *Quod Clericis*. (27) Cauſæ Clericorum ſecundum jura, non ſecundum conſuetudines laicorum terminentur.

Cap. X. *Licet*. (28) Laicus laicum ſuper re civili coram Judice eccleſiaſtico convenire non poteſt, niſi in defectu Judicis ſæcularis; vel niſi conſuetudo id eſpoſcat.

Cap. XI. *Ex tenore*. (29) Vidua laicum coram Judice eccleſiaſtico convenire non poteſt, niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica, vel in defectum Judicis ſæcularis.

Cap. XII. *Si diligenti*. (30) Clericus non poteſt conſtituere ſibi Judicem laicum, etiamſi proprium juramentum, & adverſarii conſenſus accedat.

Cap. XIII. *Cum contingat*. (31) Clerici ſuper exceſſibus coram ſuo Epiſcopo conveniri debent, non coram iis, qui-

(1) *Cæleſt. III Bruduſ. Ep.* juxta Gonzal. ſed juxta Cujac. Strigon. *Archiep.* (2) *Idem VVinton. Epiſc.*
(3) *Innoc. III. S. Serg. & S. Georg. Ab. & Cantori Andegav.*
(4) *Idem Archiep. & Epiſc. per Franc. conſtit.*
(5) *Idem Epiſc. Elien.*
(6) *Idem Matthæo de Rivaria.*
(7) *Idem Magiſtr. & Fratrib. militia Templi in Ital. conſt.*
(8) *Idem Vercell. Epiſc. & Ab. de Tileto.*
(9) *Idem.* (10) *Hon. III. Abb. S. Martini Archid. Rhem. & Decan. Bunien. Colon. Diæc.*
(11) *Idem Magiſtr. Tancr. Canon. Bonon.*
(12) *Idem Epiſc. & Magiſtr. Tancred. Bonon. & Bond. de Praten. Bonon. commor. Canon.*
(13) *Innoc. IV. in Conc. Lugdun.*
(14) *Bonif. VIII.* (15) *Idem.*
(16) *Clem. V. in Conc. Vien.*

(17) *Idem.* (18) *Joan. XXII.*
(19) *Ex Conc. Chalced. an.* 455.
(20) *Ex Conc. Pariſien.* juxta Burchard. an. 451.
(21) *Ex Conc. Afric. an.* 402.
(22) *Greg. I. Bonif. defenſori Corſicæ*. Hoc Cap. apud Gonzal. incipit Experientia.
(23) *Alex. III. Epiſc. Genuen.*
(24) *Idem Senon. Archiep.*
(25) *Idem.* (26) *Luc.* 3.
(27) *Cæleſt. III. Pariſ. Ep.*
(28) *Innoc. III. Vercell. Epiſc.*
(29) *Idem Archid. & B. Cælerar. Turon.* juxta Cujac.
(30) *Idem Piſan. Archiep.*
(31) *Idem Belluac. Epiſc.*

quibus ſerviunt, niſi conſuetudo, vel privilegium aliud inducat.

Cap. XIV. *Poſtulaſti*. (1) Epiſcopus delicti condemnat Clericum de delicto, ſed non privat beneficio alibi exiſtente: ſed Epiſcopus beneficii privabit quaſi exequendo condemnationem Judicis delicti. *Vel ſic* Epiſcopus delicti condemnat Clericum de delicto, privando beneficio alibi ſito, ſed exequtio realis fit ab Epiſcopo beneficii.

Cap. XV. *Ex parte*. (2) Miſerabilis perſona poteſt laicum interdicto, *Unde vi*, coram Judice eccleſiaſtico convenire, etiam ſi res ſubtracta dicatur feudalis.

☞ *Vide correctionem Elencho I. n. XV.*

Cap. XVI. *Conqueſtus*. (3) Laici uſurpantes jura eccleſiaſtica velut ſacrilegi per Judicem eccleſiaſticum compelluntur.

☞ *Cum ex textu inferatur cognitionem cauſæ delegari poſſe cuicumque perſonæ, vide correctionem Elencho I. n. XVI.*

Cap. XVII. *Dilecti*. (4) Privilegiatus non tenetur reſpondere niſi in certo loco: ſi in alio loco reſpondere, vel ſolvere promittit, ibi poterit conveniri, & etiam ubi habet domicilium.

Cap. XVIII. *Significaſti*. (5) Quamquam laici poſſint juriſdictionem non ſui judicis prorogare, clerici tamen non poſſunt, niſi Epiſcopi diœceſani conſenſus accedat, & Judex, cujus juriſdictionem prorogare volunt, ſit eccleſiaſticus.

Cap. XIX. *Propoſuiſti*. (6) Legitime citatus tenetur coram Judice citante cauſam proſequi, non obſtante, quod poſt citationem mutaverit forum.

Cap. XX. *Licet*. (7) Quiſque clericus poteſt in Curia Romana conveniri, licet alias ſpecifice ibi forum non ſortiatur: habet tamen ex cauſa jus revocandi domum.

☞ *Vide Cap.* Divina *3. de privil. in extr. com.*

IN SEXTO *Lib. II. ſub eodem Titulo continente III. Capitula.*

Cap. I. *Romana*. (8) Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo, vel per viam querelæ, de cauſa ſubditorum ſuffraganeis, etiam ipſis conſentientibus, non cognoſcit.

Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganei non poteſt compellere cauſas delegatas ab eo ſuſcipere, ſuas ſententias, & præcepta exequi, vel teſtimonia in cauſis ad eos devolutis ferre, niſi conſuetudo aliud diſponat.

Archiepiſcopus contra officiales, vel Prælatos ſuffraganeorum, conſuetudine aliud non diſponente, & contra ſubditos ipſorum, pro ſalariis Advocatorum, & Procuratorum cauſarum fori Archiepiſcopi, Judex competens non eſt.

Archiepiſcopus non compellit invitos contrahentes aliarum Diœceſum in ſua propria coram ſe reſpondere, niſi ibi inveniantur. Sed ſi citati nolunt comparere, vel malitioſe ſe occultant, ne citentur, in bonis ipſorum ſuæ Diœceſis poteſt miſſonem facere, vel in alia decernere per Ordinarios faciendam.

Non poteſt Archiepiſcopus ſuos Clericos mittere in Diœceſim Suffraganei, ut coram eis fiant contractus, vel jam facti approbentur; nec ſi facti, vel approbati fuerint coram illis, poſſunt Suffraganeorum ſubditos coram ſe compellere litigare ſuper illis: nec excommunicare Suffraganeorum officiales, vel ſubditos, ſi nolunt litigare coram ipſo.

Cap. II. *Seculares*. (9) Judex ſæcularis, qui vult Clericum compellere ad debita, etiam liquida ſolvenda, per eccleſiaſticum Judicem deſiſtere compellatur.

Cap. III. *Cum C. laicus*. (10) Ratione juramenti laicus, ut illud ſervet, coram Judice eccleſiaſtico convenitur.

IN CLEMENTINIS. *Lib. II. ſub eodem Titulo.*

Cap. unic. *Quamvis*. (11) Concedit Concilium certo caſu Epiſcopis expulſis a ſuis ſedibus, quod in locis aliarum Diœceſum, ſervata forma, quam limitat, poſſint procedere contra expulſores, conſiliarios, & fautores, & inter ſubditos jus dicere.

DE LIBELLI OBLATIONE.

TITULUS III. *continens III. Capitula.*

Cap. I. *Hincmarus*. (12) Actor tenetur in ſcriptis libellum porrigere. *Vel ſic* Judex non debet admittere actorem ad litigandum, niſi prius ei libellum in ſcriptis afferat.

☞ *In cauſis tamen ſummariis, ubi ſine ſtrepitu, & figura judicii proceditur, non eſt neceſſaria libelli ſolemnitas c.* Sæpe *de Verb. Signif.*

☞ *Nec obſtat c.* Cum dilectus *2. de Ord. cognit. ubi admittitur libellus ſine ſpecifica rei petitæ expreſſione, quia ex integra hujus textus narratione oſtendit Gonzalez omnia expreſſa fuiſſe.*

☞ *Nota, quod hoc cap. in decretal. Greg. IX. incipit,* Ignarus, *ſed mendoſe, cum legendum ſit: Hincmarus: qui cum ex Monacho benedictino electus fuerit Archiep. Rhemenſis, præfuit dicto Conc. Provinciali celebrato an.* 853. *in Urbe Sueſſione.*

Cap. II. *Significantibus*. (13) Cum agitur actione reali, non ſufficit rem generaliter peti, ſed debet ita ſpecificari, ut evitetur obſcuritas, & æquivocatio.

Cap. III. *Dilecti*. (14) Non tenetur reus reſpondere libello in actione perſonali, ſi non exprimitur cauſa petendi.

DE MUTUIS PETITIONIBUS.

TITULUS IV. *continens II. Capitula.*

Cap. I. *Ex litteris*. (15) Judex etiam delegatus, compellit actorem ad reſpondendum reo in cauſa reconventionis; & utramque cauſam ordine ſucceſſivo ſimul audiet, & una ſententia terminabit.

Cap. II. *Prudentiam*. (16) Modus procedendi datus per reſcriptum in cauſa conventionis, intelligitur repetitus in cauſa reconventionis.

DE LITIS CONTESTATIONE.

TITULUS V.

Cap. unic. *Olim*. (17) Non per poſitiones, & reſponſiones, ſed per petitionem in jure propoſitam, & reſponſionem ſequtam fit litis conteſtatio, qua omiſſa, nullus eſt proceſſus.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. III. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Exceptionis*. (18) Peremptoria litis conteſtationem non impedit, niſi ſit de re ſemel finita.

Cap. II. *Si ablato*. (19) Per exceptionem peremptoriam non fit litis conteſtatio.

UT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATUR AD TESTIUM RECEPTIONEM, VEL AD SENTENTIAM DEFINITIVAM.

TITULUS VI. *Continens V. Capitula.*

Cap. I. *Ad hæc*. (20) Si agatur de adulterio ad ſeparationem tori, & ante litis conteſtationem reus eſt contumax, poteſt excommunicari: ſed teſtes recipi non poſſunt, nec cauſa definiri.

Cap. II. *Accedens*. (21) In cauſa reſtitutionis contra contumacem, lite non conteſtata, ſententia proferri non poteſt.

Cap. III. *Tuæ fraternitatis*. (22) Si lite non conteſtata, reus eſt contumax, ſi fieri poteſt, mittitur actor in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ: alias reus excommunicabitur.

☞ *Pro hujus Decretalis intellectu in praxi vide magiſtralem explanationem in Gonzal.*

Cap. IV. *Accedens*. (23) Receptio teſtium facta contra non contumacem lite non conteſtata, in cauſa matrimoniali eſt nulla.

☞ *Vide notata Elencho VI. n. LXXXIII.*

Cap. V. *Quoniam*. (24) Lite non conteſtata, non recipiuntur teſtes regulariter ſuper principali. Fallit cum timetur de morte, vel abſentia diuturna teſtium; tunc enim ſervata ſolemnitate hic poſita, poſſunt, etiam lite non conteſtata, teſtes examinari.

Cum agitur de matrimonio carnali, vel ſpirituali, poſſunt contra contumacem, etiam lite non conteſtata, teſtes recipi, & ſententia definitiva ferri. Si vero reus eſt abſens, ſed non contumaciter, tunc in carnali non proceditur, ſed expectatur abſens. In ſpirituali vero, ſi agatur de contracto, ſtabitur juribus antiquis. Si de contra-

(1) *Idem Seleſvicen. Ep.* juxta Gonzal. ſed juxta Cujac. *Sylvaneten.*
(2) *Honor. III. Archiep. & Archid. Turon.*
(3) *Greg. IX. Fratri Palmerio S. Trin.*
(4) *Idem Ep. Dulmen.*
(5) *Idem Ab. Trecen.* (6) *Idem.*
(7) *Idem.* (8) *Innoc. IV.*
(9) *Bonif. VIII.* (10) *Idem.* (11) *Clem. V. in Conc. Vien.*
(12) *Ex Conc. apud S. Medardum.*

(13) *Innoc. III. Magiſtr. G. Archid., & Vuilto Normando, & G. De Crathes Canon. Sueſſion.*
(14) *Greg. IX. Archiep. Civit. Novæ, & M. Canon. Cuman.*
(15) *Alex. III. Volter. Ep. & Ab. de Spongia.*
(16) *Cæleſt. III. Rhotom. Decan.*
(17) *Greg. IX. Ab. S. Jo. Venot.*
(18) *Innoc. IV. in Conc. Lugd.*
(19) *Bonif. VIII.*
(20) *Innoc. III. Ab. S. Proculi, & L. Canon. Bonon.*
(21) *Idem Hieroſol. Patriar. & Archiep. Cæſarien.*
(22) *Idem Brix. Ep.*
(23) *Idem De Curia Dei & de eleemoſyn. Ab. Aurel. & Carnoten. Diac.* (24) *Idem.*

trahendo, expectatur abſens per ſex menſes. Sed de hoc ultimo, quando agitur de contrahendo, dic ut in *c. Quam ſit 6. & c. Cupientes* de elect. in *6*.

Ad perpetuam rei memoriam, vel cum agitur per viam inquiſitionis, poſſunt teſtes ſine litis conteſtatione recipi, & etiam publicari.

Si reus, lite non conteſtata, eſt contumax, & agitur actione reali, mittitur actor in poſſeſſionem rei petitæ cauſa cuſtodiæ, quam tamen recuperat reus veniens intra annum, ſi offerat cautionem de ſtando juri, & reſtituat expenſas. Poſt annum vero, his non ſervatis, non auditur, niſi ſuper proprietate. Sed ſi convenitur actione reali, qui nomine alieno poſſidet, nominabit dominum in judicio, & ſtatuetur ei terminus, intra quem faciet dominum comparere: qui ſi intra terminum non venerit, Judex illum citabit, quo adhuc non veniente, Judex mittet actorem in poſſeſſionem veram. Si vero reus contumax convenitur actione perſonali, mittetur actor in poſſeſſionem bonorum ipſius rei pro modo debiti declarati: & primo mobilium, ſecundo immobilium; ſi mobilia non exiſtant: vel excommunicabitur reus.

☞ *Nec obeſt Cap.* Cauſam 18. *de Reſcr. ubi ſtatuitur, ut parte citata, & non comparente, adhuc procedatur in cauſa ſecundum juris ordinem, recipiantur teſtes, admittanturque probationes; quia in aliquibus caſibus, quando pars eſt contumax, licet probationes recipere, & teſtes admittere, ſed quantum a jure permiſſum eſt, ut innuitur in hac eadem Decretali* §. Porro *& cap.* Per tuas *de Appellat.*

☞ *Nec cap.* Cauſam 3. *de dolo, & contum. ubi clare habetur lite non conteſtata receptos fuiſſe teſtes, & definitivam ſententiam prolatam; quia id accidit etiam ob contumaciam actoris, qua ſtante, id licet elapſo anno juxta Novell.* 112., *& docet Cujac. in commentar. ad illum text.*

DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

TITULUS VII. *continens VII. Capitula.*

Cap. I. *Inhærentes*. (1) Clericus in cauſa Eccleſiæ ſuæ juramentum calumniæ poteſt alteri committere; & per ſe jurare non cogitur, nec debet ſine Superioris licentia.

Cap. II. *Litteras*. (2) In ſpiritualibus cauſis de calumnia non juratur.

☞ *Vide correctionem Elencho I. n. XVII.*

Cap. III. *In pertractandis*. (3) Principalis perſona non indiſtincte relevatur ab onere jurandi de calumnia, licet compareat per œconomum, ſed ſibi, vel œconomo eſt deferendum, inſpecta qualitate cauſæ, & perſonarum.

Cap. IV. *Imperatorum*. (4) Univerſitas tenetur jurare de calumnia, niſi relevet ſe conſtituendo œconomum.

Cap. V. *Ceterum*. (5) Clerici etiam in eorum cauſis jurant de calumnia, contraria conſuetudine non obſtante.

Cap. VI. *Cum cauſam*. (6) Procurator, vel ſyndicus Univerſitatis eccleſiaſticæ, vel ſæcularis de calumnia jurare poteſt.

Cap. VII. *Cum in cauſa*. (7) Epiſcopus jurat de calumnia, ſi per ſeipſum elegit litigare, propoſitis tantum, non tactis Evangeliis. Si vero per ſyndicum litigat, per illum poterit jurare.

Actor, refutando juramentum calumniæ ſine cauſa cadere debet ab inſtituta actione: reus autem debet haberi pro confeſſo.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. IV. continente III. Capitula.*

Cap. I. *Si de calumnia*. (8) Non eſt de ſubſtantia, quod ſtatim poſt litem conteſtatam juretur de calumnia.

Non annullatur proceſſus, licet tacite omittatur calumniæ juramentum.

Præcipit, quod in ſpiritualibus ſimul de calumnia, & de veritate juretur.

Cap. II. *In appellationis*. (9) In cauſa appellationis jurari debet de calumnia, & veritate dicenda. Procurator deputatus poſt juramentum calumniæ, jurabit de calumnia.

☞ *Juramentum de calumnia eſt tantum de credulitate, unde ſi aliud ſit, non eſt perjurus, qui ſic juravit. Idem eſt de juramento partis reſpondentis articulo* per non credit *neque reſpondens confitetur, ſed ſolum relevat adverſarium ab onere probandi.*

Judex quoties ſibi videtur, exigit juramentum malitiæ, etiam ſi de calumnia, vel veritate juratum ſit.

Cap. III. *Nullam*. (10) Procurator habens ſpeciale mandatum jurat de calumnia.

DE DILATIONIBUS.

TITULUS VIII. *continens IV. Capitula.*

Cap. I. *Dilecti*. (11) Citatio vocatoria cum peremptoria non debet eſſe nimis brevis, maxime ubi de rebus eccleſiaſticis agitur, niſi neceſſitas aliud ſuggerat.

Cap. II. *Præterea*. (12) Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, ſi per litteras citatorias plene potuit inſtrui, & deliberare ſuper eo, de quo quæritur.

Cap. III. *Litteræ*. (13) Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui poſiti in libello, novæ induciæ deliberatoriæ dandæ non ſunt, ſi per expreſſa potuit reus deliberare ſuper ambiguitate illa, vel generalitate.

Cap. IV. *Expoſuit*. (14) Si citatus in cauſa ardua, de longinquo vocatur pro publica utilitate, etiam ad locum judicii, ita quod infra terminum citationis deliberare, & alia ſibi neceſſaria ad comparendum explicare non potuit, in termino reſpondere non cogitur, ſi reperiatur in loco judicii, ſed habebit novas inducias.

☞ *Obtinentes beneficium ceſſionis bonorum, aut dilationem quinquennalem ad ſolvendum tenentur cauſam expedire infra quatuor menſes, non obſtante beneficio cap.* Odoardus, *& cap.* Pervenit *ex Conſtit. Clementis VII.* Cum ex multorum. Et cum nuper: *Et Paulus III. Conſtitut.* Nota: *vetuit concedi per quoſcumque Judices litteras moratorias, & dilatorias: ac Pius IV. Conſtit.*: Cupientes: *addidit pœnam in doloſe obtinentes dictas alternativas, & dilationes in fraudem creditorum. Imo ex Conſtit. S. Pii V.* Poſtquam: *doloſi decoctores tam laici, quam eccleſiaſtici, Epiſcopis exceptis, luxu, & impudentia rem alienam dilapidantes puniendi ſunt ultimo ſupplicio. Ex Conſtit. Innoc. VIII.* Quoniam: *debitores mercatoribus Riparum, & Salinarum Romæ non poſſunt cedere bonis: Nec debitores furnariorum Romæ ex Conſt. Julii III.* Cum ſicut. *Debita medicinalium quo modo, & quando ſolvenda ſint in eadem Urbe ſine dilatione, vide Conſtit. Gregorii XIII.* Cum officio: §. 19. *Vide notata infra lib. III. tit. 23. de Solution. poſt cap.* Odoardus 3. *& Additiones meas lib. I. tit. 19. poſt n. 2.*

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. II.*

Cap. unic. *In deſiderium*. (15) Falſorum florenorum fabricantes citantur peremptorie, data dilatione trium menſium, intra quos coram Papa compareant, alias contra ipſos, eorum abſentia non obſtante, procedatur, prout juſtitia ſuadebit.

DE FERIIS.

TITULUS IX. *continens V. Capitula.*

Cap. I. *Omnes*. (16) Diebus Dominicis mercari, litigari, judicari, vel jurari non debet, ſed de Veſpera in Veſperam debent celebrari.

☞ *Circa mercatum vide in Additionibus meis hoc eod. tit. poſt n. 6.*

Cap. II. *Quoniam*. (17) Feſtorum principium & finis fieri debet ſecundum ipſorum magnitudinem, & conſuetudinem regionis. In præcipuis feſtis, & intra Paſch., & Pentecoſtem non fit ſolemnis genuum flexio. Si tamen tunc Clerici, vel Epiſcopi ordinentur, ſecundum ordinationis modum genua flectuntur. Romana Eccleſia ſpeciale feſtum de Trinitate non facit: ſervatur tamen de hoc cujuſque Eccleſiæ conſuetudo.

Cap. III. *Licet*. (18) Propter neceſſitatem alimentorum licet diebus feriatis in honorem Dei operi ſervili intendere, maxime circa rem tempore perituram.

Cap. IV. *Capellanus*. (19) Tres ſeptimanæ, quibus Canon prohibet fieri nuptias, ante feſtum Joannis Baptiſtæ, non continuantur feſto, ſed intelligitur de ſeptimana Aſcenſionis, cum duabus ſequentibus.

☞ *Vide moderationem Elencho II. n. XLIX.*

Cap. V. *Conqueſtus*. (20) In feriis introductis in honorem Dei, & Sanctorum, niſi ob neceſſitatem, vel pietatem, judicium exerceri non poteſt, etiam de conſenſu partium: feriis tamen introductis favore hominum partes renunciare poſſunt.

☞ *Hic numerantur dies feriati ad effectum non exercendi*

(1) *Honor. II. Epiſ. Occidental.*
(2) *Eugen. III. Arditioni Rom. Eccl. Subdiac. & Omnibono.*
(3) *Idem.* (4) *Idem Magalon. & Arm. uſon. Epiſc.*
(5) *Luc. III. Helien. Epiſc. & Nicbld. Norvvicen.*
(6) *Innoc. III. Ep. Placent.*
(7) *Greg. IX. Epiſc. Bellovac.*
(8) *Bonif. 8.* (9) *Idem*

(10) *Idem.* (11) *Alex. III. Cantuar. & VVigorn. Ep.*
(12) *Cæleſt. III.* (13) *Hon. III. Ep. Ferent.*
(14) *Greg. IX. Ab. Aquævivæ Turon. Diac. Archid. Turon.*
(15) *Joann. XXII.*
(16) *Ex Conc. apud Compendium in Gall. celeb. jud. Greg.*
(17) *Alex. III. Tribun. aut Turon. Archiep.* juxta *aut* Gonzal. & juxta Cuiac. Terdonen. Ep.
(18) *Idem Trever. Archiep.* juxta Gonzal.
(19) *Clem. III.* (20) *Greg. IX.*

di judicium, quos vide in textu. Hodie tamen, & quoad hunc effectum, & quoad præceptum Eccleſiæ attendenda eſt Conſtit. Urbani VIII. Univerſa *Idib. Sept.* 1642. *in qua adduntur aliæ feſtivitates.*

DE ORDINE COGNITIONUM.

TITULUS X. *continens IV. Capitula.*

Cap. I. *Intelleximus*. (1) Contra mulierem vendicantem aliquem in maritum admittitur exceptio conſanguinitatis: quæ prius diſcutienda eſt, quam ſuper matrimonio pronuncietur; & ſufficit ſuper ipſo principali pronunciare.

Cap. II. *Cum dilectus*. (2) Si reus contra actorem ſpoliatorem ſpoliationem opponit, aut excipiendo, & tunc prius auditur, & ea probata reſpondere non cogitur; ſed per hoc non reſtituitur; aut agendo, & tunc ſimul utraque quæſtio terminatur, & ea probata reſtituetur.

Cap. III. *Tuam*. (3) Petenti hæreditatem obſtat exceptio nativitatis, quæ prius debet coram eccleſiaſtico Judice terminari.

☞ *Hic erat prius coram Judice ſæculari petita hæreditas, & exceptum fuit de illegitimitate.*

Cap. IV. *Super*. (4) Agens poſſeſſorio recuperandæ non tenetur ante reſtitutionem ſuis ſpoliatoribus (niſi ſuper quæſtione ſpoliationis) reſpondere, poteſt tamen ab agendo repelli per exceptionem ſpoliationis.

DE PLUS PETITIONIBUS

TITULUS XI.

Cap. unic. *Conſilium*. (5) Plus petens tempore litis, expenſas refundit, & induciæ duplicantur: petens vero plus re, loco, aut cauſa, in expenſis condemnatur.

DE CAUSA POSSESSIONIS, ET PROPRIETATIS.

TITULUS XII. *continens VIII. Capitula.*

Cap. I. *Suſceptis*. (6) Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis ſub eodem Judice terminari debet: nec contra abſentem eſt pronunciandum.

☞ *Nec obſtat cap.* Cum olim 12. *de ſenten. & re judic. ubi Pontifex privavit beneficio abſentem, & inauditum; quia ibi agebatur de beneficio notorie ſubreptitie obtento, quod ipſemet Pontifex adducit pro cauſa hujuſmodi judicii, ut Groſ. ibi verb.* Abſenti.

☞ *Nec cap.* Cum Bertholdus 18. *eod. tit. ubi pariter Epiſ. Rhemen. protulit ſententiam contra abſentem, receptis tantum teſtibus, quia poſt inſtantem cauſam Partes a Judicibus delegatis citatæ fuerunt ad comparendum præſcripto tempore, ideoque una ex eis non comparente, licet ſententiam in cauſa proferre c.* Dudum 22. *de Elect.*

Cap. II. *Ad ultimum*. (7) Si actum eſt poſſeſſorio, & petitorio, poteſt Judex receptis probationibus ſuper utraque prius diſcutere probationes ſuper poſſeſſorio, & illud terminare.

Cap. III. *Cum Eccleſia*. (8) Si ſpoliatus poſſeſſorio, & petitorio ſimul agens, poſſeſſionem, & ſpoliationem probat, ſed non dominium, ſeu proprietatem, obtinet in poſſeſſorio: ſed ſuccumbet in petitorio.

Cap. IV. *Cum ſuper*. (9) Idem dicit, quoad intellectum, quod dicit caput proximum.

Cap. V. *Paſtoralis*. (10) Qui agit de proprietate, ante concluſionem cauſæ poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ agere poteſt: poſt concluſionem vero, & ante ſententiam hoc non poteſt, niſi juſta cauſa ſubſit.

Cap. VI. *Cum dilectus*. (11) Si petitorio, & poſſeſſorio ſimul eſt actum, una ſententia terminatur, & præmittitur poſſeſſorium in terminando: ſed in exequendo prævalet petitorium.

Cap. VII. *Cum olim*. (12) Adjudicatur illi beneficium, qui probavit collatorem ſuum fuiſſe in poſſeſſione conferendi collationis tempore; per hoc tamen non prohibetur ſuccumbens agere de proprietate juris conferendi cum ipſo collatore.

Cap. VIII. *In cauſa*. (13) Si petens rem ex una cauſa ſuccumbit, ex alia cauſa petere poterit. *Vel ſic* Petenti rem jure dominii, poſſeſſionem probare non ſufficit.

IN CLEMENTINIS *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. III.*

Cap. unic. *Cauſa*. (14) In cauſa beneficiali delata, etiam per appellationem ad Curiam, utraque pars poteſt petitorium, & poſſeſſorium intentare. Et ante cauſæ concluſionem poteſt ſpoliatus, ſuſpenſo petitorio ſuo, vel adverſarii, poſſeſſorium proſequi.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

TITULUS XIII. *continens XIX. Capitula.*

Cap. I. *Licet*. (15) Adverſus reſtitutionem petentem non eſt audiendus reus de proprietate opponens, niſi actore conſentiente.

Cap. II. *Solicite*. (16) Petenti reſtitutionem beneficii non obſtat renunciatio facta poſt ſpoliationem, quia præſumitur non ſpontanea.

☞ *Additur* quia præſumitur non ſpontanea, *quoniam etſi probaretur ſpontanea, deberet obſtare talis exceptio, vel renunciatio in beneficialibus.*

Cap. III. *Accepta*. (17) Petens reſtitutionem beneficii non auditur, etiamſi ſpoliationem probet, ſi probatur eum ſponte illud beneficium prius reſignaſſe.

Cap. IV. *Audita*. (18) In interdicto de retinenda ſuccumbit reus, ipſius abjuratione probata.

Cap. V. *In litteris*. (19) Petenti reſtitutionem beneficii quæſtio inſtitutionis non canonicæ referri non poteſt.

Cap. VI. *Item*. (20) Non obſtat exceptio criminis agenti interdicto *Unde vi*: vel *Quod vi, aut Clam.*

Cap. VII. *Conquerente*. (21) Spoliatus etiam a Judice juris ordine prætermiſſo, ante omnia reſtituatur.

☞ *Nec obſtat cap.* Cum liberum 6. *de ſepult. ubi Abbas ſpoliatus cadavere ſui parochiani non ſtatim reſtituitur, ſed admittuntur, & probantur exceptiones, in hac enim facti ſpecie non erat prius reſtitutio facienda ad vitandam cadaveris vexationem, quæ contingere potuiſſet, ſi facta prius reſtitutione, in cauſa Abbas poſtea ſuccubuiſſet, cum iterum exhumandum fuiſſet.*

☞ *Nec Cap.* Ad decimas 2. *hoc eod. tit. in 6., ubi ſtatuitur ſpoliatos jure percipiendi decimas non reſtituendos, niſi prius probato juſto titulo poſſeſſionis eas percipiendi, quia harum ſola perceptio non tribuit quaſi poſſeſſionem juris percipiendi; & ideo prius probandus eſt titulus ad juſtificandam quaſi poſſeſſionem, ad quam quis petit reſtitui.*

Cap. VIII. *Ex tranſmiſſa*. (22) Reſtituitur conjux viro probanti deſponſationem, & copulam, & de ipſius impunitate caventi, niſi magna ſit viri ſævitia.

Cap. IX. *Cum veniſſet*. (23) Per ſolutionem penſionis rei donatæ factam donatario cum auctoritate donatoris, acquiritur illi donatario rei donatæ poſſeſſio; adeo quod ſi ab illa expellitur, per interdictum recuperandæ agere poterit.

Cap. X. *Ex conqueſtione*. (24) Si actore agente petitorio, reus ſuper eadem re deducit poſſeſſorium, proceditur in ſolo poſſeſſorio, ſuſpenſo petitorio.

Cap. XI. *Gravis*. (25) Violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuiſſent, reſtituere, damna reſarcire, & de injuriis ſatisfacere compellitur.

Cap. XII. *Olim*. (26) Ingreſſus poſſeſſionem ignorante domino, ad quem pertinet, poteſt per ipſum dominum ſtatim cum ſciverit, repelli etiam violenter, dummodo non excedat in modo, nec ex tali repulſione competit repulſo contra dominum interdictum poſſeſſorium.

Cap. XIII. *Litteras*. (27) Si contra petentem reſtitutionem conjugis opponitur conſanguinitas in gradu prohibito, & offeruntur probationes paratæ, recepto ab opponente juramento de malitia, negabitur reſtitutio quoad torum, & fiet quoad reliqua: ſi vero probationes promptæ non ſint, fiet plena reſtitutio, niſi ſit magna viri ſævitia.

Cap. XIV. *Ex parte*. (28) Per ſolam traductionem mulieris ad domum viri factam, non præcedentibus ſponſalibus, vel invalidis, non acquiritur poſſeſſio: unde ea recedente propria auctoritate, non competit reſtitutio.

Cap.

(1) *Cæleſt. III. Alatr. Ep.*
(2) *Innoc. III. Narn. Ep.*
(3) *Honor. III. Ludov. Reg. Francor.*
(4) *Greg. IX.* (5) *Greg. IX.*
(6) *Gregor. Mag. Felici in Sicilia.* (7) *Cæleſt. III.*
(8) *Innoc. III. Archip. & Canon. Sutrin.*
(9) *Idem Canon Bethlehem.*
(10) *Idem Ep. Noviom.*
(11) *Idem Ep. S. Andreæ Ab. de Beroch. T. Prior. R. Archid. & Magiſt. L. Offic. S. Andreæ.*
(12) *Idem Veron. Ep.*
(13) *Honor. III. Ab. S. Cyprian. Torcet. Diac. & S. Mariæ de Venet. & S. Mariæ Ananr. Pap. Prior.*

(14) *Clem. V. in Conc. Vien.*
(15) *Greg. Magn. Conſtan. Mediol. Ep.*
(16) *Alex. III. Vigorn. Ep.*
(17) *Idem Decan. Lincon. & Ab. de Rieval.*
(18) *Idem VVigorn. Ep. & R. Eliens. Archid.*
(19) *Idem Brix. Ep.* (20) *Idem Exon. Ep.*
(21) *Idem Cantuar. Archip.*
(22) *Idem Albien. & Belvac. Ep.*
(23) *Idem Exonien. ep. & Ab. de Beforden.*
(24) *Luc. III. G. Archid. J. Archip. Turon., & Alchapiceſio Canon.*
(25) *Cæleſt. III.* (alii Alex. II.)
(26) *Innoc. III. Epiſ. & Capit. Terdon.*
(27) *Idem Bituric. Archid.*
(28) *Idem Volter. Ep.*

Cap. XV. *Cùm ad Sedem*. (1) Interdictum *Unde vi* non competit contra illum, qui non ſpoliavit, nec ſpoliari mandavit, nec ſpoliationem ratam habuit.

Cap. XVI. *Olim*. (2) Exceptio inopiæ, de qua conſtat, a Clerico oppoſita impedit exequutionem ſententiæ etiam latæ in poſſeſſorio.

Cap. XVII. *Olim*. (3) Per excommunicationis probationem non probatur quaſi poſſeſſio juriſdictionis, licet aliquibus diebus fuerit obſervata: ideo petens reſtitutionem, hoc ſolo probato, ſuccumbit.

Cap. XVIII. *Sæpe*. (4) Decipiens ſcienter rem invaſam a ſpoliatore, tenetur eam ſpoliato reſtituere, licet non probet dominium.

☞ *Vide Additiones meas hoc eodem tit. poſt n. 5.*

Cap. XIX. *Piſanis*. (5) Occupans certum locum, in quo quis jura libere poſſidebat, ſi per ipſius occupationem non poteſt poſſeſſor ſua jura libere poſſidere, ſicut prius, conveniri poteſt poſſeſſorio pro libertate poſſidendi, & reſtitutio fieri non poteſt, niſi dimittat locum in priſtina libertate.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. V. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Frequens*. (6) In civilibus non admittitur ſpoliationis exceptio facta ab alio, quam ab actore. In criminalibus admittitur facta a tertio: dummodo ſit de tota ſubſtantia, vel majori parte. Exceptio probari debet intra quindecim dies, alias fit condemnatio expenſarum.

Excipiens de ſpoliatione facta a tertio intra certum tempus a Judice ſtatuendum, debet reſtitutionem petere, alias accuſabitur, exceptione non obſtante.

Agenti ſuper rebus eccleſiaſticis non obſtat exceptio ſpoliationis privatarum rerum, vel e converſo.

Cap. II. *Ad decimas*. (7) Eccleſia, quæ petit reſtitutionem decimarum, quas ſe dicit intra paræciam alterius poſſediſſe, non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam.

DE DOLO, ET CONTUMACIA.

TITULUS XIV. *continens X. Capitula.*

Cap. I. *Ad hæc*. (8) Reus, qui mittendum in poſſeſſionem ad mandatum Judicis non admiſit, non mulctabitur de canonica æquitate, ſi intra annum caveat ſtare juri.

Cap. II. *Ex litteris*. (9) Propter contumaciam rei poteſt Judex rem petitam ſequeſtrare, & ipſum contumacem in expenſis condemnare, quas propter ipſius contumaciam, vel doloſam exceptionem actor fecit.

Cap. III. *Cauſam*. (10) Actore contumace, teſtes recipi, & ſententia ferri debet, etiam lite non conteſtata, reo inſtante.

Cap. IV. *Prout*. (11) Si reus poſt litem conteſtatam eſt contumax, ſi alias liquet de cauſa, fertur definitiva ſententia; ſi non liquet, actor in veram poſſeſſionem inducitur.

Cap. V. *Finem*. (12) Qui fundata intentione actoris exceptionem peremptoriam objicit, quam non probat in continenti, ſed accipit inducias, ſi defecerit in probando, condemnatur in continenti, definitiva non expectata in expenſis, ac ſolvere cogitur, quod ſi non poteſt, punietur in corpore ſecundum arbitrium Judicis.

Cap. VI. *Cum dilecti*. (13) Citatus ad totam cauſam certo termino ad comparendum aſſignato, tenetur comparere in termino; & dato impedimento in termino, debet comparere quam citius poteſt poſt terminum, alias condemnabitur in expenſis a tempore citationis emiſſæ.

Cap. VII. *Cum olim*. (14) Sententia in cauſa beneficiali non tranſit in rem judicatam reſpectu Superioris, quo minus poſſit de juribus Partium inquirere: maxime quando ſententia fuit lata contra abſentem, licet contumaciter, & indefenſum.

Cap. VIII. *Veritatis*. (15) Si proceditur per viam inquiſitionis contra abſentem contumaciter, etiam lite non conteſtata, teſtes recipi poſſunt, & ſententia definitiva ferri; etiam per viam depoſitionis, ſi hoc meretur delictum.

(1) *Idem Archiep. Mediol., & Præpoſit. Canoniæ Petron. P. P.*
(2) *Idem Bulgen. & Palatin. Ep.*
(3) *Idem.* (4) *Idem in Conc. Later.*
(5) *Greg. IX. Ep. Lucen.*
(6) *Innoc. IV. in Conc. Lugd.*
(7) *Bonif. VIII.*
(8) *Alex. III. Herforden. Epiſ.*
(9) *Idem Ab. Verameſ. & Archid. Helien.*
(10) *Idem Exon. & VVigor. Epiſ. & Ab. Herforden.*
(11) *Urban. III. Priorib. de Novo Loco, & Viger.*
(12) *Innoc. III.*
(13) *Idem Praneſt. Epiſ. Ap. Sed. Leg. & Decan. Brinen.*
(14) *Idem Armachan. & N. Caſellen. Archiep. & N. Epiſ. Laonen.*
(15) *Idem.*

Cap. IX. *Contingit*. (16) Actor non admiſſus in poſſeſſionem ſibi decretam per Judicem cauſa rei ſervandæ, vel ab ea expulſus per lapſum anni verus efficitur poſſeſſor.

Cap. X. *Venerabilis*. (17) Si reus non invenitur, ſufficit publice citationem ad Eccleſiam ſuam proponi.

IN SEXTO *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. VI. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Actor*. (18) Actor contumax condemnatur in expenſis: nec citatur ulterius ad ſuam petitionem reus, niſi caveat de veniendo, & comparendo.

Cap. II. *Eum qui*. (19) Judex appellantem, & recedentem citare ulterius non tenetur, ſi vult in cauſa procedere, niſi forſitan appellationi renunciet.

IN CLEMENTINIS *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. IV.*

Cap. unic. *Si ante*. (20) Appellans ante definitivam, etiam a definitiva lata, eo abſente citato, vel non, appellare poteſt: niſi prima appellatio fuerit frivola manifeſte: quo caſu non appellat, tanquam manifeſtus contumax.

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. III.*

Cap. unic. *Rem non novam*. (21) Citationes etiam extra dies ſolemnes publice factæ de mandato Papæ in audientia Litterarum Apoſtolicarum, vel Papali palatio affixæ januis majoris Eccleſiæ loci, in quo Papa cum Curia ſua degit, arctant citatum, ac ſi ad eum perſonaliter deveniſſent. Reſtringitur tamen hæc Extravagans ad illos, qui impediunt, ne ad eos poſſit citatio pervenire, vel quorum domicilium tuto adiri non poteſt, ut Cap. *Dudum 1. de Judic. in Clemen.*

DE EO, QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDÆ.

TITULUS XV. *continens IV. Capitula.*

Cap. I. *Conſtitutis*. (22) Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in reali per lapſum anni veram, & incommutabilem illius rei poſſeſſionem acquirit, licet paſſus miſſionem habuerit intra annum voluntatem cautionem præſtandi, quam tamen non deduxit ad effectum ſuo defectu.

Cap. II. *Cum ſicut*. (23) Tempus annale non currit miſſionem paſſo, ſi intra illud cautionem Judicibus, vel alteri eorum aliis abſentibus obtulit; licet per eos, ſua per eum recepta non fuerit.

Cap. III. *Cum veniſſent*. (24) Si paſſus miſſionem repetens poſſeſſionem allegat ſe contumacem non fuiſſe, reſtituitur in priſtinum ſtatum, præſtita cautione, & dilata condemnatione expenſarum, quam evitat, ſi poſtea conſtiterit eum non fuiſſe contumacem.

Cap. IV. *Si adverſarius*. (25) Contra abſentem, qui non dimiſit procuratorem, facta citatione domi, nullo defendente, fit miſſio.

IN SEXTO *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. VII.*

Cap. unic. *Eum qui*. (26) Quando agitur de beneficio Eccleſiaſtico, ob contumaciam rei non fit miſſio in poſſeſſionem; ſed ad ſententiam, lite non conteſtata, proceditur.

UT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR.

TITULUS XVI. *continens V. Capitula.*

Cap. I. *A memoria*. (27) Privilegium etiam a Principe impetratum, per quod privatur quis ſine cauſæ cognitione, lite pendente, uſu poſſeſſionis, tanquam ſurreptitium non valet; ſeu tanquam rationi obvium eſt revocandum.

Cap. II. *Laudabilem*. (28) Accuſatus de adulterio non debet, lite pendente, privari poſſeſſione conjugali.

☞ *Nec obſtat Cap.* Litteras 13. de reſtit. ſpoliat. *ubi mora lite ſuper validitate matrimonii ob oppoſitam impedimenti conſanguinitatis exceptionem, denegatur reſtitutio conjugalis commixtionis, quia alter paratus erat probare in continenti talem exceptionem; ideoque ad vitandum periculum inceſtus denegata fuit reſtitutio.*

☞ *Nec cap.* Cum locum 14. de ſponſalibus, *ubi lite pendente uxor ſequeſtratur, quia ibi agebatur de matrimonio tantum rato, ideoque non fuit acquiſita poſſeſſio per illius conſummationem.*

Cap.

(16) *Idem in Conc. Later.*
(17) *Greg. IX. Archiep. Burdeg.* (18) *Innoc. IV.*
(19) *Bonif. VIII.* (20) *Clem. V. in Conc. Vien.*
(21) *Bonif. VIII.*
(22) *Alex. III. Prior. & Fratrib. de Guiſeburch.*
(23) *Clem. III. Epiſ. & Archid. Abruic.*
(24) *Inn. III. Urbin. & Senogal. Ep.*
(25) *Greg. IX.* (26) *Inn. IV.*
(27) *Alex. III. Eborac. Archiep.* (28) *Cæleſt. III.*

Cap. III. *Eccleſia*. (1) Qui rem litigioſam alienavit, ita quod re recuperari nequeat debet æquivalentem ſubſtituere in locum illius, quam alienare non poterit.

Cap. IV. *Eccleſia*. (2) *Idem dicit, quod in præcedenti.*

Cap. V. *Dilectus*. (3) Lis decidenda eſt ſecundum jura exiſtentia tempore controverſiæ, non autem ſecundum privilegium impetratum, lite pendente, niſi de litis pendentia mentionem faciat.

IN SEXTO *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. VIII. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Diſpendiis*. (4) Si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel a proſequtione cauſæ excludatur, ſi lite pendente, cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.

Cap. II. *Si ii*. (5) Si beneficiatus, contra quem ſuper beneficio litigatur, cedit, vel decedit, ſi alius lite pendente cum ſuperſtite fuerit electus, non valet electio; ſi vero aliqui, quorum intereſt, ad defenſionem litis velint admitti, in eo ſtatu, in quo erat cauſa admittentur.

☞ *Hinc nata eſt Regula 28. Cancellariæ de ſubrogandis invicem collitigantibus, ut nullæ impetrationes valeant infra menſem, cum aliquem a Papa ſubrogari contigerit, dummodo collitigans intra menſem non intruſus fuerit, aut fraudulenter egerit impetrando beneficium ſenis, aut periculoſe ægrotantis, eique litem movendo intentione ſurrogationis conſequendæ; neque adverſarius pacifice illud per triennium poſſederit. Intra hunc menſem gratia, vel conceſſio ſuper beneficio litigioſo non valet alteri facta, quam collitiganti.*

IN CLEMENTINIS *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. V. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Si duobus*. (6) Si duo litigantes ſuper beneficio moriantur, ſive uterque in Curia, vel ſolus poſſidens, vel neutro poſſidente, alter tantum, altero alibi moriente, ad Papam, & in converſis caſibus ad Ordinarium ſpectat collatio, ſi ad alterum beneficium pertinebat. Si autem alter tantum moritur, ſi ſuperſtes, vel alius, cujus intereſt, litem perſequitur, ex futuro eventu apparebit, ad quem collatio ſpectat.

☞ *In hoc caſu declarat non habere locum Cap.* Licet 2. de Præb. in *6. & nota ut ſupra Cap.* Si ii 2. in *6.*

Cap. II. *Cum lite*. (7) Lis dicitur pendere quoad hoc, ut nihil debeat innovari, cum citatio legitime pervenit ad Partem, vel per eam ſtetit, quominus perveniret, cum tali expreſſione, quod potuit inſtrui ſuper quo conveniatur.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONUM, ET FRUCTUUM.

TITULUS XVII. *continens II. Capitula.*

Cap. I. *Ad hoc*. (8) Res, in quam facta remiſſio, non debet ſequeſtrari, etiam ſi miſſus inde fuerit violenter ejectus. *Vel ſic*. Sequeſtrum factum loco miſſionis propter ſcandalum evitandum, revocari debet, oblata cautione, & reſtitutis expenſis.

Cap. II. *Dilectus*. (9) Si miſſus in poſſeſſionem ſi cauſa cuſtodiæ fructus diſſipat, diſſipati revocantur, & cum aliis ſequeſtrantur.

☞ *Vide correctionem Elencho I. n. XVIII.*

Cap. III. *Ab eo*. (10) Si reus poſſeſſor appellat a ſententia contra eum lata, licite rei petitæ fructus ſequeſtrantur, ſi diſſipantur ab eo.

☞ *Vide correctionem Elencho I. n. XIX.*

IN CLEMENTINIS *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. VI.*

Cap. unic. *Ad compeſcendas*. (11) Si ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit in petitorio, vel poſſeſſorio una definitiva fertur in Curia, etiamſi nulla fore dicatur, ipſius beneficii ſequeſtratio per loci Ordinarium fieri debet, quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans, excommunicatus eſt; etſi eſt de litigantibus, cadit a Jure ſuo, & reſpicit pendentia.

☞ *Ex Conſtit. Pii IV.* Sanctiſſimus 26. *Octob.* 1560. *Judices lite pendente ſequeſtrare poſſunt fructus beneficiorum Sedi Apoſtol. reſervatorum, ſeu affectorum, & ordinaria, vel alia auctoritate nulliter collatorum, adiiciendo pœnas contra litigantes.*

☞ *Ex Conſtit. S. Pii V.* Cordi. *Fructus beneficiorum lite pendente deponi debent apud perſonam a Judice eligendam, non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis diſponentibus quod Capitula, & Canonici eos percipiant.*

(1) *Innoc. III. Ab. & Convent. S. Sylveſtr.* (2) *Idem.*
(3) *Honor. III. Cancell. Cant., & A. Mareſc. Canon. Pariſ.*
(4) *Bonif. VIII.* (5) *Idem.*
(6) *Clem. V. in Conc. Vien. Archiep.* (7) *Idem:*
(8) *Innoc. III. Mediol. Archiep.*
(9) *Honor. III. Prior. de Becham. Decan. de Dalit., & F. Canon. S. Mariæ de Haſtinges, Ciſterc. Diœc.*
(10) *Greg. IX.* (11) *Clem. V. in Conc. Vien.*

DE CONFESSIS.

TITULUS XVIII. *Continens III. Capitula.*

Cap. I. *Cum Monaſterium*. (12) Ad ſolum dictum confitentis crimen proprium non eſt alteri infligenda pœna aliqua: infamato tamen eſt indicenda purgatio.

☞ *In textu excipitur crimen læſæ majeſtatis.*

Cap. II. *Cum ſuper*. (13) Si quis confitetur crimen incidenter in judicio, poteſt judex ordinarius, novum inchoando proceſſum, illum punire pœna ordinaria.

☞ *Ex Conſtit. Pii IV.* Licet: *Confeſſi crimen, aut probatiſſimis indiciis torquendi carcerati non relaxantur inſcio fiſco, licet præſtita fuerit cautio: & ex Conſtit. Sancti Pii V.* Cum ſicut: & In confeſſis: *a carcere non relaxantur, niſi exequutioni ſententiæ paruerint: nec confeſſi in cauſis criminalibus appellare poſſunt.*

Cap. III. *Ex parte*. (14) Confeſſio facta in jure per æconomum Eccleſiæ, nocet ipſi Eccleſiæ: poteſt tamen revocari, ſi ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanaſſe.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. IX. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Statuimus*. (15) Super facto negativo per partem improbabili, ſi Judici videbitur, eſt admittenda poſitio.

Cap. II. *Si poſt*. (16) Si reus juſſus poſitionibus reſpondere recuſat; vel ſi contumaciter recedit, habebuntur pro confeſſis: ſecus ſi prius quam ſic juſſus eſſet, contumax fuerat; nam tunc procedetur contra eum, ut in contumacem.

DE PROBATIONIBUS.

TITULUS XIX. *continens XV. Capitula.*

Cap. I. *Ex epiſtola*. (17) Reus actori ſua propria inſtrumenta edere non tenetur.

Cap. II. *Sicut*. (18) Actor, qui plene probavit, non debet compelli jurare.

Cap. III. *Ex litteris*. (19) In communi judicio probant actor, & reus: etſi pariter probant, reus abſolvitur, niſi favorabilem cauſam foveat actor.

Cap. IV. *Propoſuiſti*. (20) Non creditur marito aſſerenti etiam cum juramento, uxorem ſe cognoviſſe, ſi uxor per matronas atteſtantes per ipſius corporis aſpectum, probat contrarium.

Cap. V. *Tertio*. (21) Singulares de Univerſitate poſſunt ad commodum Univerſitatis reprobare inſtrumentum falſo confectum nomine Univerſitatis.

Cap. VI. *Juravit*. (22) Ubi agitur de matrimonio contrahendo, probato impedimento, & publicatis atteſtationibus, alii teſtes ſuper defectu impedimenti admittendi non ſunt.

☞ *Nec obſtat cap.* Series 25. *cap.* Ex tenore 35. *& cap.* Cum in tua 44. *de Teſt.: nec cap.* Sicut 22. *de ſponſal. ubi diſponitur, etiam publicatis atteſtationibus teſtes admitti poſſe, cum agitur de cauſa matrimoniali, nam hic, ut ait Cujac., unus tantum teſtis afferebatur ad probandum non adeſſe impedimentum contra probationem jam factam de illius impedimenti exiſtentia, ideoque non debuit admitti, cum ex ejus depoſitione parum, aut nihil probari potuiſſet. Et ceteroquin agebatur non de matrimonio diſſolvendo, ſed tantum de non contrahendo, ut ex Gloſ. ultima in hoc eod. cap.*

Quoad gradus prohibitos hic ſtatutos pro matrimonio contrahendo vide correctionem Elencho I. n. XX.

Cap. VII. *Poſt ceſſionem*. (23) Si per litteras Ordinarii probatur quis excommunicatus, a procuratione repellitur.

Cap. VIII. *In præſentia*. (24) Fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi ſine liberis rogatus decedat, defficit, ſi ipſe religionem profiteatur.

☞ *Vide Fagnan. hoc eod. cap. & correctionem Elencho II. num. L.*

Cap. IX. *Licet*. (25) Si actor, & reus in interdicto retinen.

(12) *Clem. III.*
(13) *Innoc. III. Canon. Bethlehem.*
(14) *Greg. IX. B. Judici Viterbien.*
(15) *In. IV. in Conc. Lugdunen.*
(16) *Bonif. VIII.*
(17) *Greg. Mag. Recbar. Regi VViſigothor.*
(18) *Alex. III.* (19) *Luc. III. Decan. Ciſtren.*
(20) *Greg. VIII. Præpoſit. S. Catal., & Archiep. Caſæ Majoris.*
(21) *Cæl. III.* (22) *Clem. III. Aquilmari Ep.*
(23) *Innoc. III. Epiſc. Pariſten. & R. de Corcion. Canon. Novion.*
(24) *Idem Ab. & Convent. Caſemar.*
(25) *Idem Arimin. Ep.*

tinendæ poſſeſſionis probant, obtinet is, qui antiquiorem poſſeſſionem probat titulo maxime juſtificatam; vel meliores probationes reſpectu poſſeſſionis adduxit.

Cap. X. *Per tuas.* (1) Si qui nominent aliquem filium, & ita communiter reputatur, non creditur poſtea alteri eorum juranti contrarium.

Cap. XI. *Quoniam.* (2) Judex debet habere Notarium, vel duos viros idoneos, qui ſcribant acta Judicii, alias ſi quid difficultatis emerſerit, punietur, nec credetur ei ſuper proceſſu, niſi quantum ex actis, vel alias ex legitimis documentis conſtabit.

☞ *Notarii quacumque auctoritate creati ex Trid. ſeſſ. 22. cap. 10. de reform. poſſunt examinari ſuper peritia ab Epiſcopis, & inſufficientes reperti repelli, & ſuſpendi ab exercitio officii in cauſis, & negotiis eccleſiaſticis, appellatione remota.*

Cap. XII. *Ad noſtram.* (3) Si probari poteſt reum deliquiſſe, ejus probatio, quod non deliquerit, non eſt admittenda.

Cap. XIII. *Cum cauſam.* (4) Fines Diœceſum probantur per libros antiquos, adminicula, teſtes, & famam.

Cap. XIV. *Cauſam.* (5) Poſſunt reprobari matronæ, per quas virginitas probatur, ut melius conſtet de probatione.

Cap. XV. *Cum bona.* (6) Acta etiam litis ordinatoria facta coram primis Judicibus, fidem faciunt coram ſecundis.

IN CLEMENTINIS. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. VII.*

Cap. unic. *Litteris.* (7) Verba litterarum Apoſtolicarum, quibus Papa proprium factum narrat, plene probant, ſi ſuper illis gratia, vel intentio Papæ fundantur.

☞ *Declaratur per hanc decretalem cap.* Si Papa 10. *de privil. in 6.*

DE TESTIBUS, ET ATTESTATIONIBUS.

TITULUS XX. *continens LVI. Capitula.*

Cap. I. *Placuit.* (8) Teſtes pretio conducti non ſunt idonei, ac nemo teſtimonium dicat, niſi jejunus. (*intellige de honeſtate.*)

Cap. II. *In nomine.* (9) Nulla eſt receptio teſtium facta contra non citatum.

Cap. III. *Quoniam.* (10) Mulier teſtificatur contra Clericum, cum de crimine agitur.

☞ *Si ſit ſocia criminis, docet Cujac. hoc eod. cap. admitti ejus teſtimonium, ſed non eſſe ei præſtandam fidem.*

Cap. IV. *In omni.* (11) Ubi agitur ad correctionem de peccato impediendo, principalis perſona admittitur in teſtem.

Cap. V. *Quoties.* (12) Dicit quales eſſe, & qualiter jurare debeant, qui ſuper conſanguinitate deponunt.

Cap. VI. *Inſuper.* (14) Prælatus, & Clerici, qui cauſam Eccleſiæ non procurant, teſtificari poſſunt in ea.

Cap. VII. *Ex parte.* (14) Si probatio exceptionis oppoſitæ contra teſtem productum non admittitur, antequam dictus teſtis recipiatur, in caſu, in quo admitti debuit, licite appellatur.

Cap, VIII. *Si qui.* (15) Judex mittere debet examinatorem diſcretum ad teſtes recipiendos, qui ad eum commode venire non poſſunt.

Cap. IX. *Sicut.* (16) Retractanda eſt ſententia, ſi conſtat eam fuiſſe latam ad dictum correptorum teſtium.

Cap. X. *Veniens.* (17) Socius criminis, & muneris non teſtificatur etiam in crimine ſimoniæ; & unius teſtimonium non ſufficit ad condemnationem.

Cap. XI. *Cauſam.* (18) Atteſtationes in uno judicio receptæ fidem faciunt in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas coram alio judice,

Cap. XII. *Cum nuncius.* (19) Clerici non ſunt a ferendo teſtimonio in cauſa Eccleſiæ ſuæ ſine rationabili cauſa repellendi.

Cap. XIII. *Super.* (20) Crimen nunc probatum repellit teſtem, alias de illo crimine non damnatum.

Cap. XIV. *De cætero.* (21) Laicus in criminali non teſtificatur contra clericum; accuſat tamen pro ſua, vel ſuorum injuria.

Cap. XV. *In cauſis.* (22) In cauſis eccleſiaſticis, & civilibus poſſunt fieri tres productiones teſtium; quarta autem non admittitur abſque ſolemnitate legali, & ſuper dictis teſtium poſt publicationem ipſorum poteſt publice diſputari.

Cap. XVI. *Cum tu.* (23) Si quis probat actum geſtum poſt appellationem, & adverſarius probat quod ante; præfertur prima probatio, & actus judicatur non tenere, niſi ſecundus probet, quod ante omnem appellationem.

Cap. XVII. *Fraternitatis.* (24) In cauſa appellationis ſuper novis capitulis tantum teſtes novi, & veteres producuntur, juramento ſecundum morem prius recepto.

Cap. XVIII. *Intimavit.* (25) Qui juravit teſtimonium non dicere, teſtificari compellitur, ſi teſtificationes publicatæ non ſunt.

Cap. XIX. *Cauſam.* (26) Publicatio, vel renunciatio teſtium in certis capitulis non præjudicat volenti teſtes producere in aliis.

Cap. XX. *Perſonas.* (27) A teſtimonio repellitur ſimili morbo laborans.

Cap. XXI. *Judæi.* (28) Chriſtianus contra Judæum in teſtem admittitur.

Cap. XXII. *Super.* (29) Teſtimonium matris eſt ſuſpectum, ubi filia petit in virum aliquem ſe majorem, & ad dictum ſolius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, ſed contractum non diſſolvitur.

Cap. XXIII. *Licet.* (30) Ad deciſionem cauſæ maxime pro parte Judæi, non ſufficit regulariter minus teſtimonium, quam duorum probatæ vitæ, & laudabilis converſationis.

Cap. XXIV. *In litteris.* (31) Non ſunt idonei teſtes, quos actor de familia ſua produxit.

Cap. XXV. *Cum veniſſet.* (32) Donec atteſtationes fuerint publicatæ, & eis renunciatum, produci poſſunt teſtes; poſtea vero non ſuper eodem capitulo, ſed ſuper alio ſic.

Cap. XXVI. *Series.* (33) Poteſt reus producere teſtes ad probandum contrarium ejus, quod actor probavit, ſi publicatio atteſtationum non eſt facta, conſuetudine contraria non obſtante.

Cap. XXVII. *Præterea.* (34) Carnalis copula probatur per conveniens teſtimonium de viſu; idem in teſtimonio auditus, quod adminicula, & fama coadjuvant.

Cap. XXVIII. *Cum a nobis.* (35) Unius Judicis verbo non creditur; ſcripturæ vero ejus per teſtes reprobari poſſunt.

Cap. XXIX. *De teſtibus.* (36) Teſti ſuper dilatoria inducto non creditur ſuper principali, nec cogitur deponere; ſecus ſi ſuper peremptoria; tunc enim cogi poteſt, ut juret deponere ſuper toto.

Cap. XXX. *Conſtitutus.* (37) Dicta teſtium non ſunt ad petitionem tertii publicanda, & is, qui produxit teſtes coram certis Judicibus, non poteſt ad eumdem effectum coram Judicibus aliis illos producere, ſed illorum atteſtationibus debet eſſe contentus.

Cap. XXXI. *Præſentium.* (38) Publicatis atteſtationibus non opponitur in perſonas teſtium, niſi excipiens juraverit, ſe ex malitia non opponere; vel ſi ante publicationem id fuerit proteſtatus; aut oſtenderit, quod poſt publicationem ſciverit, quod objecit.

Cap. XXXII. *In noſtra.* (39) Si actoris, & rei teſtes contraria deponunt, fidem ſibi non derogant, ſed prævalent digniores, & veriſimiliora deponentes, etſi in ceteris eſt diſparitas, præfertur numerus.

Cap. XXXIII. *Tam litteris.* (40) Ad probanda impedi-

di

(1) *Idem Tiburt. Ep.*
(2) *Idem in Conc. Later.*
(3) *Honor. III. Archiep. Lunden. &c.*
(4) *Idem Haurien. & Lamec. Ep. & Ab. de Palumbar. Brachar. Diac.*
(5) *Idem Ep. & Archid. Senen.*
(6) *Greg. IX. Præpoſ. S. Mariæ Magdeburg. & Decan. Miſnen.*
(7) *Clem. V. in Conc. Vien.*
(8) *Ex Conc. Matiem.*
(9) *Greg. Jo. Defenſ. eunti in Hiſp.*
(10) (Apud Gonzal. incip. Quædam) *Idem Sabino Defenſor. Sardin., & Arthemio Subd.*
(11) *Paſchal. Pap.* (12) *Eug. III.*
(13) *Idem Priori, & Frat. SS. Trinit. in Angl.*
(14) *Idem* (alii Luc. III.) *R. Herford. Epiſc., & Ab. Sard.*
(15) *Alex. III. Exon. Ep.*
(16) *Idem Belvac. Ep.*
(17) *Idem Athen. Archiep.*
(18) *Idem Caprario Archiep. & Ab. S. Luciæ, & Prior. S. Cruc.*
(19) *Idem R. Cantuar. Archiep. & R. VVigoren. Ep.*
(20) *Idem Cantuar. Archiep.*
(21) *Idem Salcr. Archiep.*
(22) *Idem eidem.*
(23) *Idem Præp. & Canon. Ebruden. Eccl.*
(24) *Idem Placen. Ep.*
(25) *Idem Exon. Epiſc.*
(26) *Idem Ab., & Fratrib. S. Mich. de Matura.*
(27) *Idem Norvvic. Ep.*
(28) *Idem in Conc. Later.*
(29) *Alex. III. Marco Card.*
(30) *Idem.* (31) *Idem Firm. Ep.*
(32) *Urb. III. Ab. De Rufert, & Oſtren., & Prior. De Torguan.*
(33) *Clem. III.*
(34) *Cæleſt. III.*
(35) *Innoc. III. Conſul. & Popul. Beneven.*
(36) *Idem Tyren. Archiep.*
(37) *Idem Helien. & Caſtren. Epiſc.* (38) *Idem.*
(39) *Idem Lund., & Halien. Epiſc.*
(40) *Idem Priori S. Fridiani Lucan., & G. Canon. Piſan.*

menta electi laici, & feminæ admittuntur, & teſtes de auditu, & fama ſufficienter non probant.

Cap. XXXIV. *Cum olim.* (1) In cauſa liberali contra contumacem, etiam lite non conteſtata, teſtes recipi poſſunt.

Cap. XXXV. *Ex tenore.* (2) Publicatis atteſtationibus admittitur adverſarius ad probandum contrarium, ſi ante publicationem ſuper hac probatione contraria inſtrui non potuit.

Cap. XXXVI. *Significaverunt.* (3) Indulgenda eſt in cauſa quarta productio teſtium petita cum ſolemnitate legali, cauſa legitima non refragante: alias legitime appellatur.

Cap. XXXVII. *Cum cauſam.* (4) Diligenter examinandi ſunt teſtes, & puniendi, qui eos impediunt, & ipſorum teſtium multitudo eſt per Judicem refrenanda.

Cap. XXXVIII. *Veniens.* (5) Atteſtationes receptæ in ſummario fidem non faciunt in plenario judicio, & illarum publicatione non obſtante iidem, vel alii teſtes ſuper eiſdem capitulis recipi poſſunt.

Cap. XXXIX. *Tuis.* (6) Religioſi etiam ad teſtificandum non admittuntur abſque juramento, niſi a partibus remittatur.

Cap. XL. *Dilecto.* (7) Delegatus neceſſarius in teſtem removetur a judicando, & alius ſubrogatur.

Cap. XLI. *Significavit.* (8) Ne probationis copia pereat, citato adverſario recipiuntur, & publicantur teſtes, quos reus induxit.

Cap. XLII. *Cum cauſa.* (9) Si materia antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod ſubjicitur neceſſitati probandi, poſſunt teſtes etiam antiqui, publicatis atteſtationibus, produci.

Cap. XLIII. *Albericus.* (10) Recipiuntur, & publicantur teſtes, qui interfuerunt ſententiæ, ubi per ſcripturam de ſententia non apparet.

Cap. XLIV. *Cum in tua.* (11) Publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes ſuper eodem articulo, vel directe contrario, qui prius fuerunt producti in judicio ſummario, ſeu extra judicium.

☞ *Textus loquitur de cauſa matrimoniali, ubi poſt matrimonium jam contractum, cum de illius invaliditate fuerit a quibuſdam actum, denuo ad ejuſdem validitatem firmandam examinati fuerunt teſtes, qui antea illud contrahi poſſe depoſuerunt.*

Cap. XLV. *Conſtitutis.* (12) Excommunicari poſſunt, qui partem impediunt in teſtibus producendis, & denunciandi ſunt teſtes non teneri juramento de veritate non dicenda; etſi conſanguinei impediant teſtes actoris de veritate non dicenda, punitur reus, de cujus voluntate hoc fieri præſumitur.

Cap. XLVI. *Conſtitutis.* (13) Qui teſtificata non didicit, nec renunciavit teſtibus producendis ſuper antiquis articulis, ſeu capitulis teſtes etiam alias productos producere poteſt.

Cap. XLVII. *Licet.* (14) Ad probandum in cauſa matrimoniali conſanguinitatem non admittitur teſtimonium de auditu, niſi teſtes fide digni juraverint ſe non odio, amore, timore, vel commodo proprio de ea deponere; ac niſi demonſtrent perſonas expreſſis nominibus, ſeu demonſtratione vel circumloqutione ſufficienti, & clare aperiant ſingulos gradus ab utroque latere: jurent inſuper id ſe accepiſſe a ſuis majoribus, & credere ita ſe rem habere: itemque jurent ſe vidiſſe perſonas pro conjunctis ſe geſſiſſe.

Cap. XLVIII. *Per tuas.* (15) Poſt publicationem ad petitionem producentis, interrogari non debent teſtes, niſi quando dolo, vel negligentia examinatorum ſuper omnibus capitulis interrogati non fuerunt.

Cap. XLIX. *Licet.* (16) Teſtes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non licet.

Cap. L. *Præſentata.* (17) Atteſtationes receptæ per Arbitrum fidem faciunt in judicio, ſi teſtes mortui ſunt; ſi vivunt, eſt in actione illius, contra quem teſtes producti ſunt, an velit atteſtationes recipere, an teſtes de novo deponere. Et adde etiam ſi atteſtationes publicatæ ſunt.

Cap. LI. *Nuper.* (18) Non creditur teſti, etiam Religioſo, qui ſine juramento deponit.

Cap. LII. *Venerabili.* (19) Diligenter, & ſingillatim examinandi ſunt teſtes: etiam ſi agatur de vita, & miraculis alicujus canonizandi.

Cap. LIII. *Cum clamor.* (20) Iterum examinandus eſt teſtis, qui obſcure depoſuit ex Judicis officio.

Cap. LIV. *Teſtimonium.* (21) Perſeverans in crimine, etiam in civili, repellitur a teſtimonio: emendatus vero non infamis admittitur in civili, & etiam criminali mota civiliter.

☞ *Fallit in perjuro, qui in criminali repellitur.*

Cap. LV. *Ultra.* (22) Quarta productio non eſt danda ſine ſolemnitate legali, de qua hic.

Cap. LVI. *Non debet.* (23) Accuſatus criminaliter non admittitur in teſtem contra alium in cauſa criminali, ſua accuſatione pendente, niſi in exceptis criminibus.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. X. continente III. Capitula.*

Cap. I. *Mediatores.* (24) Socius in crimine ſimoniæ admittitur in teſtem, ſi ſit ſocius criminis tantum, & agatur civiliter; alias non.

Cap. II. *Præſentium.* (25) Ponit modum remiſſionis cauſæ, & dat modum jurandi ſuper poſitionibus, & dicit per quem jurari debeat: dat modum reſpondendi, & modum teſtes probatorios reprobandi, & reprobatorios iterum reprobandi.

Cap. III. *Romana.* (26) Advocatus, vel procurator principalis cauſæ, in cauſa appellationis teſtificari non poteſt. Juramentum autem; præſumptione faciente pro appellante, ſibi deferri non debet, niſi Judici videatur.

IN CLEMENTINIS. *Lib. II. ſub eodem tit. & ibi tit. VIII. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Cum Judæi.* (27) Per teſtes chriſtianos convinci poſſunt Judæi, & Sarraceni non obſtantibus contrariis privilegiis Regum, & Principum, quibus ſi utantur, ſubtrahatur illis Chriſtianorum commercium.

Cap. II. *Teſtibus.* (28) Publicatis atteſtationibus, teſtes produci non poſſunt (etiam in cauſa appellationis) ſuper iiſdem articulis, vel directe contrariis.

DE TESTIBUS COGENDIS, VEL NON.

TITULUS XXI. *continens XI. Capitula.*

Cap. I. *Cauſam.* (29) In cauſa civili monendi, & inducendi teſtes ſunt ad teſtificandum: etſi ſe ſubtrahant odio, gratia &c. compelluntur.

Cap. II. *Cum ſuper.* (30) Ubi teſtimonium eſt neceſſarium, compellendi ſunt teſtes ad illud ferendum, etiam per ſuſpenſionis, excommunicationis, & depoſitionis ſententiam.

Cap. III. *Super.* (31) Teſtis qui timore adverſæ partis ſe ſubtrahit, teſtificari compellitur.

Cap. IV. *Pervenit.* (32) Compelluntur teſtes etiam in criminali, quos accuſatus malitioſe accuſatori ſubtraxit.

Cap. V. *Pervenit.* (33) Si res aliter probari non poteſt, etiam in cauſa criminali compellendi ſunt teſtes.

Cap. VI. *Ceterum.* (34) Super conſanguinitate probanda cogendi ſunt teſtes.

Cap. VII. *Præterea.* (35) Teſtis ſynodalis, qui coram Ordinario ſuper matrimonio depoſuit, non compellitur jurare ſuper eo coram Delegato. Propter ſupervenientem infamiam a teſtimonio repellitur. Poteſt tamen ſi erravit in continenti non ex intervallo, dictum ſuum corrigere.

Cap. VIII. *Super.* (36) Cum de fama vel vitio falſitatis inquiritur, cogendi ſunt teſtes.

Cap. IX. *Cum contra.* (37) Teſtes, qui ſe ſubtrahunt etiam in criminali cogendi ſunt.

Cap. X. *Dilectorum.* (38) Statuit teſtes cogendos eſſe per cenſuram eccleſiaſticam, ſi gratia, odio, vel timore

ſub-

(1) *Idem Dunelien. Ep. & Decan. & Prior. S. Trinit. Eborac.*
(2) *Idem Prior. de Bulent. & J. Rect. Eccl. De Borell.*
(3) *Idem Priori S. Victor.*
(4) *Idem Placent. Epiſc.*
(5) *Idem Novem. Font., & Caſæ Dei Ab. Claromonten. Diac.*
(6) *Idem Biſun. Archiep.*
(7) *Idem Atrebat. Epiſc., & De Dun., & Urſi Ab.*
(8) *Idem Judici Sabinæ.*
(9) *Idem Ep. & Archid. Urbiseveter.*
(10) *Idem Archiep. & Archid. Raven.*
(11) *Idem Ep. Belvac.*
(12) *Idem Neapol. Archiep.*
(13) *Idem Magdeburg. Archiep. &c.*
(14) *Idem in Conc. Later.*
(15) *Honor. III. Præpoſit. Maliſn. Firman. Diæc.*
(16) *Idem Valliſoleti & S. Mariæ Ab. Palent. & Segobien. Diæc. & R. Archid. Oxom.*
(17) *Idem Præpoſit. & Gafrido, & Richar. De Lauduno Can. Remen.*
(18) *Idem Parmen. Epiſ.*
(19) *Idem Coroſopit. & Trecoren. Ep., & Ab. S. Cruc. Camparell. Coroſopit. Diæc.* (20) *Greg. IX.*
(21) *Idem.* (22) *Idem.* (23) *Idem.*
(24) *Greg. IX. in Conc. Laudun.* (25) *Idem.*
(26) *Innoc. IV. in Conc. Lugdun.*
(27) *Clem. V. in Conc. Vien.* (28) *Idem.*
(29) *Alex. III. Papien. Electo.*
(30) *Idem Presb. Potent. & Aſſiſii.*
(31) *Idem Gennen. Ep.*
(32) *Idem.* (33) *Clem. III. Segunt. Epiſc.*
(34) *Cæleſt. III.* (35) *Idem.*
(36) *Innoc. III. Prior. S. Fridian. & P. Canon. Piſan.*
(37) *Idem Archid. Mediol.*
(38) *Honor. III. Ab. S. Eug. Archid., & Bono Subd. Canon. Sen.*

ſubtrahunt a teſtimonio ferendo, dummodo non agatur de crimine ſive directe, ſive civiliter, ut *Gloſ. verb. ſuper criminibus.*

Cap. XI. *Venerabilis.* (1) Ad detegendam veritatem conjurationis coguntur ſocii etiam jurati.

DE FIDE INSTUMENTORUM,

TITULUS XXII. *continens XVI. Capitula.*

Cap. I. *Si ſcripturam.* (2) Inſtrumenti exemplum non ſolemniter ſumptum, fidem non facit abſque originali.

Cap. II. *Scripta.* (3) Corruit inſtrumentum, ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi ſigillum habeat authenticum, vel a Notario ſit confectum.

Cap. III. *Ex litteris.* (4) Reſcriptum Apoſtolicum propter raſuram in loco non ſuſpecto, non cenſetur vitioſum.

☞ *Vide c.* Ex conſcientia *9. de crimin. falſ.*

Cap. IV. *Accepimus.* (5) Redarguenti privilegium de falſo, Judex faciet illud exhiberi coram ſe, & paucis, & in loco congruo, & ſecuro; & interim ſtabitur ſententiæ latæ per illud.

Cap. V. *Contingit.* (6) Inſtrumentum vel privilegium, quo quis utitur coram Judice, adverſario integraliter legi non debet, ſed ſolum illud capitulum, de quo agitur, edi debet.

Cap. VI. *Inter.* (7) Inſtrumentum publica manu non confectum, habens ſigillum, cujus litteræ non ſunt legibiles, vel ſcripturæ deletæ, vel enormem patitur fracturam, non probat.

Cap. VII. *Quod ſuper.* (8) Non valent litteræ ſuper abſolutione voti per Cruceſignatos impetratæ, tacita veritate, vel expreſſa falſitate.

Cap. VIII. *Paſtoralis.* (9) Si de Extravaganti dubitatur, an Decretalis ſit authentica, aut eſt juri conſona, & tunc judicatur ſecundum illam: aut diſſona, & tunc Papa conſulitur.

Cap. IX. *Cum dilectus.* (10) Poſt publicatas atteſtationes uſque ad concluſionem poſſunt inſtrumenta produci. Conſuetudo loci facit inſtrumentum authenticum.

Cap. X. *Cum Joannes.* (11) Falſitas inſtrumenti, vel quod deeſt inſtrumento, probari poteſt per teſtes.

☞ *Secunda pars locum habet in cauſis, in quibus de eſſentia actus non requiritur inſtrumentum Gloſ. in c.* Ad audientiam *de Præſcript. Verbo* magis, *ut cum agitur de privil. cap.* Porro *de Privileg.*

Cap. XI. *Ex parte.* (12) Defectus litteræ non vitiat reſcriptum.

Cap. XII. *Si perpetuus.* (13) Licite appellatur a Judice, qui Parti hoc petenti non facit edi communia inſtrumenta.

Cap. XIII. *Imputari.* (14) Scripturæ contrariæ ab eodem productæ, fidem non faciunt.

Cap. XIV. *Si cautio.* (15) Si in inſtrumento debiti exprimitur cauſa, condemnatur debitor, niſi probet indebitum: ſi non exprimitur, neceſſe eſt, ut creditor probet id fore debitum.

☞ *Libri mercatorum ex conſtit. Pauli* Dudum *probant uſque ad ſummam viginti ducatorum. Sed ex Conſtit. Pii IV.* Volentes *uſque ad triginta.*

Cap. XV. *Cum P.* (16) Auctoritate Ordinarii poteſt notarius tabellionis mortui notas in publicam formam redigere.

Cap. XVI. *Si inſtrumenta.* (17) Inſtrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate Ordinarii, eamdem vim habet cum originali.

DE PRÆSUMPTIONIBUS.

TITULUS XXIII. *continens XVI. Capitula.*

Cap. I. *Sicut.* (18) Sicut manifeſte nocens eſt pœnæ obnoxius, ita & occultus, licet poſtea dicat, ſe joco feciſſe.

Cap. II. *Afferte.* (19) Ex violenta præſumptione fertur definitiva.

Cap. III. *Ex ſtudiis.* (20) Converſatio in adoloſcentia facit præſumptionem in ſenectute.

Cap. IV. *Nullus.* (21) Præſumitur contra illum, qui dilationibus ſubterfugit judicium.

Cap. V. *Nonne.* (22) Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum affirmare præſumitur.

Cap. VI. *Mandata.* (23) Ex præteritis præſumitur circa futura.

Cap. VII. *Quoſdam.* (24) Ex vicinitate præſumitur notitia facti loci vicini.

Cap. VIII. *Quanto.* (25) Præſumitur factum notum in vicino loco, quod eſt notum in remoto.

Cap. IX. *Scribam.* (26) *Idem dicit quod cap.* Mandata 6.

Cap. X. *Quia.* (27) Efficacior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud, quod non eſt veriſimile.

Cap. XI. *Illud.* (28) Per cohabitationem diutinam, & famam de matrimonio, & contractibus matrimonialibus, & alia adminicula probatur matrimonium.

Cap. XII. *Litteris.* (29) Per violentam præſumptionem probatur carnis copula.

☞ *Vide ampliationem Elencho I. n. XXI. quoad impedimentum inceſtus, de quo in textu.*

Cap. XIII. *Tertio.* (30) *Idem dicit, quod c. præced.*

Cap. XIV. *Litteras.* (31) Propter præſumptionem etiam vehementem, nemo debet de gravi crimine condemnari.

Cap. XV. *Cum in juventute.* (32) *Idem dicit quod cap.* Ex ſtudiis 3. *ſupr.*

Cap. XVI. *Dudum.* (33) Is, pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula, ſi idoneus fuerit, non tenetur probare ſe idoneum, cum idoneus præſumatur.

DE JUREJURANDO.

TITULUS XXIV. *continens XXXVI. Capitula.*

Cap. I. *Ex adminiſtrationis.* (34) Agi poteſt ad relaxationem juramenti, cujus implementum turpitudinem continet ex parte ſuſcipientis.

Cap. II. *Pervenit.* (35) Non valet juramentum præſtitum a Prælato de non repetendis rebus Eccleſiæ. *Vel ſit.* A juramento meticuloſo ſit abſolutio per Judicem eccleſiaſticum.

Cap. III. *Pervenit.* (36) Non dejerat, qui juramenti implementum in melius commutat. Et non aſtringitur quis juramento ad implendum, quod juravit, ſi ab alia parte non impletur, cujus reſpectu præbuit juramentum.

Cap. IV. *Ego N.* (37) Ponitur forma juramenti ſeptem cap. continens, ſecundum quam jurant Papæ Epiſcopi: ſed hodie omnes recipientes dignitatem a Papa illi jurant.

☞ *Hic juratur inter cetera de viſitatione liminum Apoſt. quotannis facienda, qua, a quibus, & quo tempore hodie ſit facienda, vide Additiones meas tit. de Majorit. & obedien.*

Cap. V. *Nullus.* (38) Non tenetur Clericus Epiſcopo ſuo obedientiæ juramentum præſtare, niſi ratione adminiſtrationis ſibi conceſſæ.

Cap. VI. *Debitores.* (39) Qui ſe obligavit ad uſuras ſolvendas, ſolvere non cogitur, niſi juraverit: quo caſu cogitur, ſed repetit.

Cap. VII. *Ad noſtram.* (40) Debitor, qui juravit creditori nullum gravamen ſuper re pignorata inferre, donec ſolverit debitum, non auditur repetens pignus, volendo compenſare fructus in ſortem, ſed debet prius debitum integraliter ſolvere, & demum rem cum fructibus inde perceptis expoſcere.

Cap. VIII. *Si vero.* (41) Si juramentum per metum extortum ſervari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ſervandum eſt; Eccleſia tamen Comana conſuevit a tali juramento abſolvere. *Vide cap. 15.* Verum *infra.*

Cap. IX. *Ex reſcripto.* (42) Monachi, qui pro debito monaſterii jurant ſtare in obſtagio, & fidejuſſores, qui juraverunt creditorem indemnem ſervare, juramenta ſervare coguntur.

(1) *Idem Ep. Bonon.*
(2) *Greg. Jo. Ab.* (Hoc cap. apud Gonzal. incipit Petiit.)
(3) *Alex. III.* (4) *Idem.*
(5) *Idem Ebor. Archiep.*
(6) *Cæleſt. III. Ab. S. Facun.*
(7) *Innoc. III. Mediol. Archiep.*
(8) *Idem Cantuar. Archiep.*
(9) *Idem Helien. Ep.*
(10) *Idem Epiſc. S. Andr. &c.*
(11) *Idem Petro Civ. Viterb.*
(12) *Honor. III. Archiep. Decan. & Archid. Bituric.*
(13) *Greg. IX. Prior. S. Barth. & Decan. de Arcubus London.*
(14) *Idem.* (15) *Idem.*
(16) *Idem J. Tabell.* (17) *Idem.*
(18) *In Parab. cap. 26.* (19) *Ibid.*

(20) *Hier. in Cap. 20. Probab.*
(21) *Bonif. II. Epiſ. Gall.*
(22) *Greg. Magn. in Cap. 8. Jo. Hom. 18.*
(23) *Idem Maximiano Ep. Syrac.*
(24) *Idem Ital. Patric. & Dom. Venant. Cancel. Ital.*
(25) *Idem Victori Ep. Numid.*
(26) *Hier. Cap. 8. Oſeæ.*
(27) *Alexan. III. Decan. Ceſtren.* Hoc Cap. in Gonzal. incipit Litteras. (28) *Idem Joann. Ep.*
(29) *Idem Archid. Genuen.* (30) *Clem. III.*
(31) *Inn. III. Niver. Ep. & Archid. Bituric.*
(32) *Idem Genadien. Ep. & Ab. de Ciqueder.*
(33) *Idem Archid. & Præpoſ. de Secom., Subdeleg. Can. Mediol.*
(34) *Greg. VIII.* (35) *Ex Regeſt. Greg. VII.*
(36) *Idem in Regeſt. Philip. I. Reg. Franc.*
(37) *Greg. VII. Petro Subd.*
(38) *Urban. II.* (39) *Alex. III. Vigilien. Ep.*
(40) *Idem Rothom. Archiep. & Suffrag.*
(41) *Idem Senon. Archiep.*
(42) *Idem Senon. & Cabilon. Ep.*

Cap. X. *Querelam.* (1) Perjurus eſt, & ab Eccleſia removendus, qui non neceſſitate, ſed voluntate venit contra licitum juramentum.

Cap. XI. *Tua.* (2) Si præſentatus jurat præſentanti de aliquo cenſu augendo, & poſtea contrarium jurat inſtituenti; valet ſecundum, & non primum: tamen ab Eccleſia removetur.

Cap. XII. *Cum quidam.* (3) Epiſcopi de perjurio gravius, quam alii, ſunt puniendi. Illicitum eſt juramentum de non præbendo ſubſidium conjuncto.

Cap. XIII. *Sicut.* (4) Non valet juramentum Monachi clauſtrum abjurantis, & illi de hoc gravis pœnitentia imponitur.

Cap. XIV. *Veritatis.* (5) Vaſallus, qui juravit Prælato, ſucceſſoribus jurare non cogitur.

Cap. XV. *Verum.* (6) A juramento per metum extorto Eccleſia ſolet abſolvere: & ejus tranſgreſſores ut peccantes mortaliter non puniuntur.

☞ *Ideſt puniuntur pœna mitiori, qua tranſgreſſores juramenti voluntarii.*

Cap. XVI. (7) Si is, cujus mandato ſtare juravi, aliquid mihi præcipit contra juramentum per me prius licite factum, illud ſervare non teneor.

Cap. XVII. *Brevi.* (8) Qui juravit Eccleſiam defendere, & requiſitus ſine juſta cauſa recuſat, perjurus eſt, nec eum defendit appellatio.

Cap. XVIII. *Quanto.* (9) Jurans ſcienter illicitum, non indiget abſolutione; nec tenetur illud obſervare. Si vero juravit ignoranter, debet illud obſervare, ſi aliquo licito modo eſt obſervabile. Si autem juravit licitum, quod putabat illicitum, debet obſervare juramentum; ſed de animo depravato aget pœnitentiam.

Cap. XIX. *Venientes.* (10) Non valet juramentum præſtitum in præjudicium juris ſuperioris.

Cap. XX. *Ad noſtram.* (11) Jurans uſuras non repetere, poteſt juramento non obſtante ex nova cauſa repetere.

Cap. XXI. *Ad noſtram.* (12) Juramentum generale debet ita intelligi, ſi fieri poteſt, ut non obviet juri, alias tanquam temeriarum non obligat contra juris obſervantiam.

Cap. XXII. *Ex te.* (13) Si unum juramentum uni debitum alteri præſtatur, illicitum eſt, & eo non obſtante; cui debetur, præſtandum eſt.

Cap. XXIII. *Quintavallis.* (14) Qui juravit ſtare mandato alicujus, non tenetur parere, ſi præcipit illicita, ut quod filium exhæredet, vel uxorem abjuret.

Cap. XXIV. *Tua.* (15) Ex cauſa levi, & temeraria conjuges etiam quoad torum, & mutuam cohabitationem ſe ſeparare non poſſunt, etiam cum juramenti interpoſitione.

Cap. XXV. *Quemadmodum.* (16) Is, qui juravit cum muliere contrahere, propter ſupervenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere poteſt: propter præcedentem non.

Si vir juravit non accuſare uxorem, temerarium eſt juramentum, ſed ſi ſpecialiter de adulterio hoc juraverit, denunciare poterit, ſed accuſare non debet.

Cap. XXVI. *Etſi.* (17) Licite in cauſa neceſſaria etiam per Religioſos juratur.

Cap. XXVII. *Sicut.* (18) Juramentum contra utilitatem eccleſiaſticam præſtitum non tenet.

Cap. XXVIII. *Cum contingat.* (19) Juramentum præſtitum ſuper actu a lege infirmato principaliter favore jurantis, licet ſecundario in favorem publicum, neceſſario eſt obſervandum; ſi non vi, nec dolo fuit præſtitum, & in alterius præjudicium principaliter non redundat.

Cap. XXIX. *Sicut.* (20) Movens bellum injuſtum compellitur reſtituere quæ per violentiam occupavit, & eos abſolvere, a quibus indebite juramenta extorſit.

Non aſtringitur quis juramento ad implendum, quod juravit, ſi ab alia parte non impletur, cujus reſpectu præſtitum eſt juramentum.

Cap. XXX. *Nimis.* (21) Clerici non habentes temporalia a Laicis, non tenentur eis præſtare juramenta fidelitatis.

Cap. XXXI. *Petitio.* (22) Qui jurat non eſſe contra aliquem, poteſt in cauſis propriis, & Eccleſiæ ſuæ eſſe contra eum.

Cap. XXXII. *Ex litteris.* (23) Cum agitur de uſuris, poteſt judex in qualibet parte litis ex officio ſuo, deficientibus probationibus, exigere a partibus juramentum de veritate dicenda. Et eadem ratione idem in qualibet cauſa, in qua imminet peccatum.

Cap. XXXIII. *Intellecto.* (24) Si poſitus in dignitate alienat bona dignitatis, non valet alienatio; & ipſemet revocare debet, non obſtante juramento de non revocando, maxime ſi prius jurat non alienare.

Cap. XXXIV. *Mulieri.* (25) Si mulier juravit aliquem eſſe ſuum maritum, & ſuccubuit, quia aliter non probavit, non datur ei licentia cum alio contrahendi, ne judex videatur auctor perjurii; nec denegatur, ne ſi forte falſum juraverit, impediatur matrimonium legitimum, quod relinquendum eſt ipſius mulieris conſcientiæ.

Cap. XXXV. *Clericus.* (26) Qui juravit ſervare ſtatuta edita, & poſtea per illud juramentum aliter non jurando promiſit ſervare edenda, ſeu poſtea edita, non tenetur ex juramento ad noviter edita.

Cap. XXXVI. *Juramentum.* (27) Juramentum litis deciſorium a Judice delatum ſine juſta cauſa recuſari non poteſt: delatum vero a parte licite recuſatur, & refertur: in actione tamen famoſa non licet reo referre.

Actore nihil probante, reus eſt abſque omni onere abſolvendus: ſi vero præſumptio eſt pro eo, defertur reo juramentum, vel ipſi actori, conſideratis perſonarum, & cauſæ circumſtantiis.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eod. Titulo, & ibi tit. XI. continente III. Capitula.*

Cap. I. *Contingit.* (28) Prælati, Canonici, Rectores, & Officiales locorum, qui jurant ſtatuta, & conſuetudines loci, vel Eccleſiæ ſervare, prætextu talis juramenti non obbligantur ad illicita, impoſſibilia, vel obviantia eccleſiaſticæ libertati: nec ad ea debet intentio eorum referri.

☞ *Contra obſervantes, & obſervari facientes ſtatuta, & conſuetudines contra libertatem eccleſiaſticam eſt etiam lata excommunicatio in Bulla cœnæ.*

☞ *Circa hanc decretalem vide notata infra Elencho VII. n. CXX.*

Cap. II. *Licet.* (29) Per eccleſiaſticum Judicem ordinarium loci, compellitur Judex ſæcularis eccleſiaſtica cenſura jus canonicum, quod ad proviſionem animarum ſtatutum eſt, ſervare.

Cap. III. *Cum in poſitionibus.* (30) Electus poſt ſacramentum ponens, vel reſpondens contraria directe, niſi rationabiliter excuſetur, velut perjurus a confirmatione repellitur. Idem ſi hoc fecerit procurator, ipſo mandante, vel ratum habente, vel non revocante.

IN CLEMENTINIS. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. IX.*

Cap. unic. *Romani.* (31) Juramenta, quæ Romanæ Eccleſiæ præſtant Romani Principes, fidelitatis exiſtunt.

DE EXCEPTIONIBUS.

TITULUS XXV. *continens XIV. Capitula.*

Cap. I. *Denique.* (32) Si teſtis de crimine contra eum excepto convincitur, vel alias convictus apparet, repellitur a teſtimonio, ſed de crimine non punitur, ſi non tangit negotium principale.

Cap. II. *A nobis.* (33) Reo excipiente de excommunicatione contra actorem non obſtat replicatio communionis cum excommunicato actore.

Cap. III. *Cum eccleſiaſtica.* (34) Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit.

Cap. IV. *Paſtoralis.* (35) Judex ſtatuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas; poſt quem excipientem non audiet, niſi in tribus caſibus hic exceptis.

☞ *Scilicet 1. quando excipiens proteſtatus fuerit ſe velle proponere aliquas exceptiones, eas expreſſe nominando. 2. Quando aliqua exceptio ſibi de novo exorta fuerit. 3. Quan-*

(1) *Idem London. & VVigorn. Ep.*
(2) *Luc. III. Norvic. Ep.* (In Gonzal. hoc c. incip. Quia tua.)
(3) *Urb. III. Piſan. Archiep.* (4) *Idem.*
(5) *Clem. III. VVillel. II. Reg. Sicil.*
(6) *Cæleſt. III. Brunduſ. Ep.*
(7) *Innoc. III. Henr. Leon., & Mar. Mauricen. Civib. Venet.*
(8) *Idem Appell. Clerico Archiep. Strigon.*
(9) *Idem Petro II. Reg. Arag.*
(10) *Idem Conſul. & Pop. Tudert.*
(11) *Idem Piſan. Archiep.*
(12) *Idem Neapol. Archiep.*
(13) *Idem Judici Calarit.*
(14) *Idem Alatr. Ep.*
(15) *Idem Archiep. Patrac.*
(16) *Idem Januen. Archiep.*
(17) *Idem Ab. & Capit. Caſtellion.*
(18) *Idem Amel. Ep.*
(19) *Idem Belvac. Ep.* (20) *Innoc. II.*

(21) *Idem in Conc. Later.*
(22) *Honor. III. Anſelm. & Geral. Canon. Antioch.*
(23) *Idem Archid. & G. Tullen. Canon.*
(24) *Idem Colon. Archiep.*
(25) *Greg. IX. Ep. Cenom.* (26) *Idem.*
(27) *Idem.* (28) *Nicol. III.* (29) *Bonif. VIII.* (30) *Idem.*
(31) *Clem. V. in Conc. Vien.* (32) *Cæleſt. III.*
(33) *Innoc. III. Archid. Richemundiæ.*
(34) *Idem Landen. Ep.* (35) *Idem Helien. Ep.*

3. *Quando juraverit ſe poſt præfixum terminum perveniſſe ad notitiam exceptionis proponendæ.*

Cap. V. *Cum inter.* (1) Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defenſionem facere poteſt; ſed reconvenire actorem non poteſt.

Cap. VI. *Cum venerabilis.* (2) Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur: & exceptio falſi poteſt etiam poſt ſententiam opponi.

Cap. VII. *Olim.* (3) Si exceptio juriſdictionis excluſiva, propter quam fuit appellatum, probatur vera, Judex appellationis non debet de principali cognoſcere, ſed ſuperſedere.

Cap. VIII. *Dilecti.* (4) Pro defenſione ſuæ Eccleſiæ poteſt quis opponere exceptionem excommunicationis perjurii, vel aliam legitimam exceptionem; nec per replicationem excommunicationis, vel perjurii repelli poteſt.

Cap. IX. *Apoſtolica.* (5) Si per exceptionem ſuſpenſionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio Eccleſiæ retardatur; fit abſolutio ad cautelam.

Cap. X. *Dilecta.* (6) Excommunicationis exceptione non obſtante, valet reſcriptum impetratum in cauſa appellationis; licet de excommunicatione lata poſt appellationem a gravamine non faciat mentionem.

Cap. XI. *Significaverunt.* (7) Per exceptionem excommunicationis a proſequutione appellationis etiam originalis actor repelli non debet.

Cap. XII. *Exceptionem.* (8) Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra actorem objiciens auditur: etſi malitioſe diſtulerit, in expenſis condemnatur: & dato, quod non excipiat, ipſe Judex publice excommunicatum repellet.

Cap. XIII. *Adverſario.* (9) Non competit exceptio rei judicatæ reo abſoluto, quia non poſſidebat.

Cap. XIV. *Venerabilem.* (10) Valet reſcriptum impetratum ab excommunicato ſuper proſequutione appellationis, licet de excommunicatione non fecerit mentionem.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. XII. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Pia.* (11) Dicit. 1. Quod reus, qui contra actorem de excommunicatione excipit, ut ipſum repellat ab agendo, debet ipſius excommunicationis ſpeciem, & nomen excommunicatoris exprimere, & eam intra octo dies probare, alias Judex procedet in cauſa, & illum in expenſis condemnabit. 2. Statuit, quod ſi iterum objiciatur, & probetur eadem, vel alia excommunicatio, actor repellitur, ſed quæ acta ſunt, valebunt. 3. Quod ultra duas vices hæc exceptio non opponatur, niſi ex cauſa. 4. Quod ſi opponitur poſt rem judicatam, impeditur exequutio; ſententia nihilominus valet. 5. Dicitur quod Judex publice excommunicatum reo non opponente, ex ſuo officio debet ab agendo repellere.

☞ *Vide cap.* Excommunicationis *infra.*

Cap. II. *Cum quidem.* (12) Exceptio rei judicatæ per Eccleſiaſticum Judicem admitti debet in foro ſæculari, & e converſo.

IN CLEMENTINIS. *Lib. II. ſub eodem Titulo, & ibi tit. X.*

Cap. unic. *Excommunicationis.* (13) Exceptio excommunicationis opponitur dilatorie quandocumque, peremptorio non obſtante.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

TITULUS XXVI. *continens XX. Capitula.*

Cap. I. *Placuit.* (14) Epiſcopus contra Epiſcopum locum per ſe converſum ad fidem præſcribit triennio: ſed cum vacat Eccleſia, vel eſt in ſchiſmate, non præſcribitur contra ipſam.

Cap. II. *Nihil.* (15) Taciturnitas Prælati non nocet Eccleſiæ, donec ſit præſcriptum *Vel ſic.* In rebus invaſis non currit præſcriptio.

Cap. III. *Sanctorum.* (16) Per quietam, & ſinceram poſſeſſionem triginta annorum præſcribit Eccleſia rem privati.

Cap. IV. *De quarta.* (17) Quarta decimarum & funeralium præſcribitur contra Epiſcopum, ſi quadraginta annorum ſpatio non ſolvatur, & cathedralis Eccleſia interim non vacavit.

Cap. V. *Vigilanti.* (18) Poſſeſſor malæ fidei non præſcribit.

Cap. VI. *Ad aures.* (19) Una Eccleſia in paræcia alterius XL. annorum ſpatio decimas præſcribit.

Cap. VII. *Cauſam.* (20) Laici ſpiritualia poſſidere non poſſunt, & per conſequens, nec præſcribere.

Cap. VIII. *Illud.* (21) Si contra præſcriptionem XL. annorum, quæ ſola currit contra Eccleſiam, opponatur interruptio, uterque probabit.

Cap. IX. *Quis.* (22) Fines prædiorum Eccleſiaſticorum quadraginta annorum ſpatio præſcribuntur.

Cap. X. *Ex tranſmiſſa.* (23) Tempore hoſtilitatis non currit præſcriptio.

Cap. XI. *Accedentes.* (24) Procurationes, quæ debentur Legatis, & Nunciis Apoſtolicæ Sedis, præſcribi non poſſunt.

Cap. XII. *Cum non.* (25) Subditus non præſcribit obedientiam contra Prælatum.

Cap. XIII. *Ad audientiam.* (26) De juribus ad Romanam Eccleſiam ſpectantibus currit ſola centenaria præſcriptio.

Cap. XIV. *Cum vobis.* (27) De centenaria præſcriptione, quæ ſolum currit contra Romanam Eccleſiam, tempora ſchiſmatum deducuntur.

Cap. XV. *Auditis.* (28) Prælatus inferior poteſt præſcribere in certis Eccleſiis ſuæ Diœceſis totum jus epiſcopale: ſubducitur tamen de præſcriptione tempus, quo vacavit Eccleſia cathedralis.

☞ *Vide correctionem Elencho II. n. LI.*

Cap. XVI. *Cum ex officii.* (29) Non poteſt ſubditus contra Superiorem, viſitationem, aut procurationem ratione viſitationis debitam in ſe ipſo præſcribere, quamvis alius in perſonam alterius præſcribere poſſet utramque.

☞ *Vide Trid. ſeſſ. 24 c. 3. de ref.*

Cap. XVII. *Si diligenti.* (30) Qui alieno nomine poſſidet, non præſcribit, nec etiam is, qui proprio, niſi habeat bonam fidem, & juſtum titulum, ſi præſumptio eſt contra eum.

Cap. XVIII. *Cum olim.* (31) Abbas in capellis præſcribere poteſt jura epiſcopalia: obtinet tamen in his ſolis, quæ præſcripſit.

☞ *Vide correctionem Elencho II. n. LII.*

Cap. XIX. *Veniens.* (32) Qui præſcriptione completa privilegium contrarium impetrat, & utitur illo, præſcriptioni renunciat. Si præſcriptio non erat completa, malam fidem habet, & ideo non præſcribit.

☞ *Vide correctionem Elencho II. n. LIII.*

Cap. XX. *Quoniam.* (33) Nec in foro canonico nec civili valet præſcriptio cum mala fide.

IN SEXTO. *Lib. II. ſub eodem Titulo & ibi tit. XIII. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Epiſcopum.* (34) In præſcriptionibus ſufficit bona fides, ubi jus commune, vel præſumptio non eſt contra præſcribentem; alias debet allegari titulus, & probari; niſi ſit præſcriptio, cujus contrarii non extat memoria.

☞ *Ex Conſtit. Pauli III.* Cum ſicut: *& S. Pii V.* Cupientes: *Salaria Familiarium, & ſervitorum Prælatorum præſcribuntur exceptis iis, qui pro biennio, & infra annum a die obitus eorumdem Prælatorum petuntur.*

Cap. II. *Si qui.* (35) Privatus ipſo jure, vel per ſententiam bonis, quæ tenet a Romana, vel aliis Eccleſiis illa minori ſpatio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præſcribit. Filii autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam, & alias Eccleſias præſcribunt ſpatio quadraginta annorum; & idem in extraneis.

DE SENTENTIA, ET RE JUDICATA.

TITULUS XXVII. *Continens XXVI. Capitula.*

Cap. I. *Sententia.* (36) Sententia lata contra leges, & canones non tenet, nec ab ea opus eſt appellare.

Cap. II. *Jurgantium.* (37) Lites debent celeriter terminari.

Cap. III. *Non poteſt.* (38) Sacerdos ſine juſta cauſa non eſt deponendus.

Cap.

(1) *Idem Monach. Farſen. Diæc. Tictav.*
(2) *Idem iiſdem.*
(3) *Honor. III. Ab. S. Oberti Leodien. &c.*
(4) *Idem Archid. Tranſligerim, officiali, & G. Bovelli Canonic. Turon.* (5) *Greg. IX. I. & M. Canon. Pragen.*
(6) *Idem Decan. Liconien.*
(7) *Idem Ab. S. Salvat. Papien. & Vercel. Præpoſit.*
(8) *Idem.* (9) *Idem,* (10) *Idem.*
(11) *Innoc. IV. in Conc. Lugdun.*
(12) *Bonif. VIII.* (13) *Clem. V. in Conc. Vien.*
(14) *Ex conc. Afric.* (15) *Greg. Mag. Ital. Patriciæ.*
(16) *Idem.* (17) *Alex. III. Salern. Archiep.*

(18) *Idem.* (19) *Idem Marien. Epiſc.*
(20) *Idem B. Parmen. Ep.* [21] *Idem.*
(22) *D. Greg. I. Jo. Ep. Siracuſ.*
(23) *Luc. III.* (24) *Inn. III. Ab. de Carreto Diæc. Vultur.*
(25) *Idem Vimanen. de Caſt. & S. Tortano Priorib.*
(26) *Idem Nob. Viro Matefelon.*
(27) *Idem de Hel. Quarteſuen. & de Hel. VVerteſnen. Ab.*
(28) *Idem Helien. & Roſſen. Epiſc.*
(29) *Idem Pariſien. Ep.*
(30) *Idem Archiep. Piſan.*
(31) *Idem Lucan. Epiſc.*
(32) *Idem Coloc. Electo & SoKſardien., & de SeKudvaor. Ciſter. Ord. Ab. Quinque Eccleſien. Diæc.*
(33) *Idem in Conc. Latter.* (34) *Bonif. VIII.* (35) *Idem.*
(36) *Greg. Mag. Jo. Ep. primæ Juſtinianæ* (Hoc cap. in Gonzal. incipit Poſt longas.) (37) *Idem Jo. Ep. Raven.*
(38) *Idem Natali Epiſc. Salonit.*

Cap. IV. *Ea quæ.* (1) Juſte quis petit ſententiam a Papa confirmari, ſi juſte, & rationabiliter fuit lata.

Cap. V. *De cetero.* (2) Judex deputatus ſuper exequutione ſententiæ admittit exceptionem fraudis, ſeu nullitatis ſententiæ; non ad effectum, ut ſuper ea pronunciet, ſed ut negotium ad ſuperiorem qui judicavit, tranſmittat, ſi illam probabilem repererit.

Cap. VI. *Cum aliquibus.* (3) Non ſufficit reo damnato ad traditionem poſſeſſionis tradere pignus pro ipſa poſſeſſione.

Cap. VII. *Lator.* (4) Sententia lata contra matrimonium nunquam tranſit in rem judicatam: unde quandocumque revocatur, cum conſtat de errore.

Cap. VIII. *Cum cauſa.* (5) Retractatur ſententia prætextu iniquæ conſuetudinis lata contra Eccleſiam.

Cap. IX. *Inter.* (6) Sententia iniqua retractatur per ſuperiorem, licet cauſa fuerit appellatione remota commiſſa. Si autem continet manifeſtam iniquitatem, eſt nulla.

Cap. X. *Tenor.* (7) Sententia lata contra abſentem non contumacem in cauſa matrimoniali non valet.

☞ *Vide Elencho VI. n. LXXXIII.*

Cap. XI. *Conſanguinei.* (8) Sententia divortii in cauſa matrimoniali rite lata, ad ſolam conjugis confeſſionem aſſerentis contrarium, non revocatur, ſed interim ei ſtatur, donec legitime de contrario doceatur. *Vide ut ſupra.*

Cap. XII. *Cum olim.* (9) Si Papa contra pronunciationem ſuam, *ideſt ſententiam* confert beneficium, hoc tacito, ſubreptitia dicitur collatio, & non tenet.

Cap. XIII. *Cum inter.* (10) Valet ſententia contra jus litigatoris lata, ſi ab ea intra decem dies non fuerit appellatum. *Vel ſic.* Per ſententiam, a qua non fuit appellatum, poteſt Eccleſia ſubjici Prælato inferiori Epiſcopo; ſeu ad aliam Eccleſiam pertinere.

☞ *Ex textu poteſt Abbas conferre primam Tonſuram quibuſcumque ſuis ſubditis, ſed vide correctionem Elencho II. n. LIV.*

Cap. XIV. *Cauſam.* (11) Sententia contra actorem lata nihil iniqui continens, venit in cauſa appellationis confirmanda; licet per atteſtationes videatur, ſed non re vera pro actore fuiſſe probatum.

Cap. XV. *Quod ad conſultationem.* (12) Si ſententia præcipit aliquid fieri ad certum terminum; tempus decendii ad appellandum currit a tempore ſententiæ; non autem a die finiti termini. Quadrimeſtre tempus, quod a lege datur condemnatis in perſonali, poteſt a Judice ex cauſa arctari, & ſponte terminum arctatum recipiens non poteſt poſt decendium appellare, licet non conſtet Judicem ex cauſa terminum abbreviaſſe. Ab exequutione ſententiæ non appellatur, niſi in exequutione modus excedatur.

Cap. XVI. *Sicut.* (13) Sententia poteſt probari per teſtes, licet non deponant de cauſis, quæ ſolent Judicem movere ad ſententiandum.

Cap. XVII. *Cum ſuper.* (14) Ab eadem ſententia poteſt appellare nedum reus victus, ſed etiam tertius, cujus intereſt; & poterit ſententia quoad reum nihil de ſuo jure docentem confirmari: reſpectu vero tertii rationabiliter appellantis infirmari.

Cap. XVIII. *Cum Bertoldus.* (15) Si citatus ad ſententiam ex legitima cauſa Judici ignota non comparuit, tenet ſententia, eo abſente lata; ſed retractatur eo probante legitimam abſentiæ cauſam. Si vero impedimentum probatur non plene, non retractatur ſententia, niſi prius doceat de ipſius iniquitate.

☞ *Nec primæ parti obſtat cap.* Ex litteris 4. *de in integr. reſtit. ubi citatum, & ut contumacem condemnatum ſtatuitur audiendum eſſe, quia ibi agebatur de cauſa matrimonii, quæ numquam tranſit in rem judicatam.*

Cap. XIX. *In cauſis.* (16) Papa in ſententiis, quas profert, ordinem juris ſervat.

Cap. XX. *Inter.* (17) Secunda ſententia in diverſa inſtantia contra primam data tenet mero jure; nec debet infringi, etiam ſi ſit injuſta, ex quo ab ea non fuerit appellatum, præſertim ſi prima ſententia ſecundis Judicibus non fuit oſtenſa.

Cap. XXI. *Suborta.* (18) Tenet ſententia contra privilegium oſtenſum, vel non oſtenſum, ſi ab ea non fuerit appellatum vel ſupplicatum.

Cap. XXII. *Cum J. & A.* (19) Sententia, a qua fuit appellatum, retractatur ſi conſtet teſtes, ad quorum dicta tantum lata fuit, conſpiratores fuiſſe, & contradicente parte receptos.

Cap. XXIII. *Cum te.* (20) Damnatus in actione injuriarum, infamis eſt, & per Papam poteſt famæ reſtitui.

☞ *Si injuria ſit levis, poteſt diſpenſare Epiſcopus cap.* At ſi Clerici 4. §. *de Adulter. tit. de judic.*

Cap. XXIV. *Ad probandum.* (21) Revocata ſententia propter defectum juriſdictionis, ut quia unus ex Judicibus publice excommunicatus erat, vel propter juris ordinem non ſervatum; iterum de principali quæritur.

Cap. XXV. *Quamvis.* (22) Res inter alios judicata, aliis non nocet. Fallit in eo, qui paſſus eſt illum litigare, cui ſecundo loco competebat actio, vel defenſi, vel a quo cauſam in jure judicato habuit.

Cap. XXVI. *Duobus.* (23) Si duo Ordinarii pronunciant contraria, tenet ſententia pro reo. Fallit, quando cauſa eſt favorabilis actori circa matrimonium, libertatem, dotem, teſtamentum, & ſimilia. Si vero delegati diſcordant, delegans eſt adeundus, ſi arbitri, neutra tenet.

IN SEXTO *Sub eod. Tit. & ibi Tit. XIV. continente V. Capitula.*

Cap. I. *Cum æterni.* (24) Judex, qui contra juſtitiam, & contra conſcientiam aliquid in judicio fecerit in gravamen partis, per gratiam, vel per ſordes, condemnandus eſt parti læſæ in æſtimationem litis, & per annum eſt ſuſpenſus; & perpetuo, ſi medio tempore ingerat ſe Divinis; niſi Papa cum ipſo diſpenſet.

☞ *Iſta ſuſpenſio eſt a Divinis, & a juriſdictione.*

Cap. II. *Ad Apoſtolicæ* (25) Papa Imperatorem deponere poteſt ex cauſis legitimis.

Cap. III. *Abbate.* (26) Qui petit rem certam, cauſa expreſſa, ſi illam cauſam non probat, ſuccumbit, licet aliam probet, maxime poſtmodum emergentem.

Cap. IV *Cum ab uno.* (27) Si ex pluribus Judicibus, vel Arbitris unus, aliis præſentibus, & mandantibus, per verba pluralis numeri ferat ſententiam, tenet ſententia. Electio autem pronuncianda eſt per verba ſingularia.

Cap. V. *Etſi.* (28) Sententia eſt nulla 1. quando in ſcriptis non eſt prolata 2. quando Judex eam non recitat per ſe ipſum, (exceptis Epiſcopis, & perſonis illuſtribus, quæ eam poſſunt recitare per alium) 3. quando non recitat pro tribunali ſedendo.

IN CLEMENTINIS *Lib. II. ſub eod. Titulo, & ibi tit. XI. continente II. Capitula.*

Cap. I. *Ut columnis.* (29) Qui tres ſententias contrarias in quavis cauſa reportavit, de illarum nullitate non agit; nec excipit ipſarum exequutione non facta, & reſpicit etiam pendentia.

Cap. II. *Paſtoralis.* (30) Sententia lata contra citatum extra citantis territorium exiſtentem, nulla eſt ipſo jure.

DE APPELLATIONIBUS, RECUSATIONIBUS, ET RELATIONIBUS.

TITULUS XXVIII. *continens LXXIII. Capitula.*

Cap. I. *Dilecti.* (31) Collatio beneficii facta poſt appellationem ex probabili, & veriſimili cauſa interpoſitam, eſt ipſo jure nulla.

Cap. II. *Inter.* (32) Appellatio generalis reſpectu cauſæ non valet.

Cap. III. *Ad noſtram.* (33) A correctione legitima non appellatur, niſi modus excedatur.

☞ *Textus loquitur de Regularibus tantum, ſed juxta communem habet locum in correctione etiam aliorum ſubditorum; & regula hic firmata procedit quoad effectum ſuſpenſivum tantum, ut ex Trid. ſeſſ. 22. cap. 1., & ſeſſ. 24. cap. 10. de ref. non vero quoad effectum devolutivum poſt definitivam ſententiam, & etiam ante, ſi gravamen*

(1) *Leo ad Ep. Afric.*
(2) *Alex. III. Eborac. Epiſc.*
(3) *Idem Norvic. Epiſc.*
(4) *Idem eidem.*
(5) *Idem Theobal. Eccl. Sanctæ Annaſtaſ.*
(6) *Idem Eborac. Archiep.*
(7) *Clem. III.* (8) *Idem,*
(9) *Innoc. III. Epiſc. Magalon.*
(10) *Idem Ugoni Ab. & Conven. S. Zenon. Veron.*
(11) *Idem Canon. Novar.*
(12) *Idem Conſtantien. Ep.*
(13) *Idem N. Decan. V. Cancel. & C. Canon. Laudun.*
(14) *Idem Aſtoric. Ep. S. Iſid. Legion. &c.*
(15) *Idem.* (16) *Idem Præneſt. Ep. Apoſt. Sed. Leg. & Capenberch. & de Cold. Ab. Colonien. & Monaſterien.*
(17) *Idem Convent. Monaſter. S. Laufredi de Cruce.*

(18) *Idem Epiſc. Decan. & Cancel. Pariſien.*
(19) *Idem Ab. S. M. in Gagia, & Vallis Secretæ.*
(20) *Idem Rayner. de Vico.*
(21) *Idem.* (22) *Gregor. IX.*
(23) *Idem.*
(24) *Inn. IV. in Conc. Lugd.*
(25) *Idem ibid.*
(26) *Idem Præceptor. Hoſpital. S. Jo. Hieroſol. in Hiſp.*
(27) *Bonif. VIII.* (28) *Idem.*
(29) *Clem. V. in Conc. Vien.*
(30) *Idem.*
(31) *Alex. III. Exonen. Ep. & Decan. Lunden.*
(32) *Idem Archiep. Raven.*
(33) *Idem Ab. S. Petri.*

vamen ſit irreparabile ſeſſ. 13. cap. 1. & ſeſſ. 24. cap. 20. nunquam tamen ſuſpendenda eſt exequutio. Vide Fagnan. hoc cap. num. 9. & Additiones meas hoc eod. tit. poſt num. 9.

Cap. IV. *Perſonas*. (1) Si appellans intra terminum a Judice, a quo appellavit, vel a ſe ipſo ſtatutum, appellationem non proſequitur, ſententiæ, vel judicio illius ſtare compellitur.

Cap. V. *Cum ſit*, (2) Appellans ad proſequendum habet annum: & ex cauſa biennium, niſi Judex moderetur, etſi intra id tempus non proſequitur, rata manet ſententia, vel redit ad primum, ſi ante ſententiam appellavit.

Qui de crimine impetitur, appellare poteſt, niſi ſit notorium.

Cap. VI. *Ad hæc*. (3) Coram Judice a quo appellavi in una cauſa, poſſum in alia conveniri, niſi eum recuſem ut ſuſpectum. *Vide cap. 22. infr.*

Cap. VII. *Si duobus*, (4) Si a Judice inferiori unus appellat ad Papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem Judicis inferioris, ſaltem allegaturus appellationem ſuam: alias valebit proceſſus a minori; niſi ſcivit appellationem interjectam ad Papam.

A civili Judice, qui non eſt de temporali jurisdictione Eccleſiæ, non appellatur ad Papam.

Cap. VIII. *Ex ratione*. (5) Lapſus biennii non præjudicat appellanti, quominus ex cauſa legitima audiatur; ſaltem per beneficium reſtitutionis in integrum.

Cap. IX. *Meminimus*. (6) Si reus poſt citationem, vel notitiam litterarum ivit ad Curiam, Delegatus in cauſa procedat, alias non. *Concordat cap.* Suggeſtum 15. *infra*.

Cap. X. *Super*. (7) Superſedetur propter articulum, in quo appellatum eſt, etiam ſuper principali cauſa, ſi ſine illo articulo expediri non poteſt.

Non obſtante appellatione ex falſa cauſa interpoſita, poteſt Judex ad ulteriora procedere.

Cap. XI. *De appellationibus*. (8) Etiam pro minoribus, ſeu levioribus cauſis appellari poteſt.

☞ *Vide moderationem Elencho II. n. LV.*

Cap. XII. *Super*. (9) Secundum canones appellatur etiam ante ſententiam. Secundum leges non, niſi in quibuſdam caſibus. Et appellatio, & recuſatio æquiparantur in hoc, quia ſicut in appellatione requiritur cauſa rationabilis, ita & in recuſatione. Et tempus aſſignatum Judici ad cauſam decidendam, incipit currere a tempore præſentationis reſcripti.

☞ *Quoad appellationem vide notata ſupra cap.* Ad noſtram 3., *& moderationem Elencho II. n. LVI.*

Cap. XIII. *Pervenit*. (10) Conventus ſuper injuria Clerici, vel ſuper adulterio appellare poteſt, niſi ſit notorius. *Concordat cap. ſeq.*

Cap. XIV. *Conſuluit*. (11) *Summatum eſt ſupra.*

Cap. XV. *Suggeſtum*. (12) *Summatum eſt ſupra cap. IX.*

Cap. XVI. *Ad præſentiam*. (13) Excommunicatus pendente cognitione appellationis, abſolvi poteſt ad cautelam, & ſi apparet eum legitime appellaſſe, non punitur pro eo, quod interim celebravit divina.

Cap. XVII. *Cum teneamur*. (14) Si appellans turbatur in poſſeſſione, ſuper qua fuit appellatum, Judex a quo poteſt illam poſſeſſionem ſibi reformare, appellatione in ſuo ſtatu permanente.

Cap. XVIII. *Conſuluit*, (15) Generalis & vaga appellatio reſpectu cujuslibet gravaminis non valet; ſed reſtricta ad certam cauſam ſit.

Cap. XIX. *Cum parati*. (16) Appellatio frivola non excuſat inferiorem, quominus teneatur obedire ſuperiori, & ut de contemptu puniatur; niſi innocentiam ſuam aliter purget.

Cap. XX. *Ad hæc*. (17) Si mandatum factum ei, qui juravit ſtare judicio Eccleſiæ, excedit limites juramenti, & licitæ promiſſionis, appellari poterit: alias ſecus.

Cap. XXI. *Quæſtioni*. (18) *Summa ut ſupra.*

Cap. XXII. *Præterea*. (19) Appellans ab Ordinario, poſtea de delicto a ſe commiſſo puniri poteſt per ipſum Ordinarium.

☞ *Supple ad textum, idem eſſe de ante commiſſis, ſi nunc de illis accuſatur, ut cap.* Ad hæc 6. *ſupr. & c.* Propoſuit *infra*.

Cap. XXIII. *Conſtitutis*, (20) Qui non detulit appellationi ſui adverſarii, de ſua poſteriori circa idem contra eum excipere nequit.

Cap. XXIV. *Propoſuit*. (21) Appellans ab Ordinario in una cauſa, in aliis coram eo reſpondere tenetur; poteſt tamen eum recuſare ut ſuſpectum, niſi conveniatur de crimine manifeſto, & in quo non cadit excuſatio, nec ſuſpicio, ut quia imponitur pœna juris ſurgens ipſo facto.

Cap. XXV. *Qua fronte*. (22) Abſolvitur excommunicatus, cautione recepta, licet adverſarius, vel excommunicator, ne abſolvatur, appellet.

☞ *Hoc tamen limita, quando excommunicatio non fuit lata pro manifeſta contumacia, vel offenſa, quia tunc non debet abſolvi, niſi ſatisfactione præcedente, ut in cap.* Ex parte 1. *infra de Verbor. ſignif.*

Cap. XXVI. *Reprehenſibilis*. (23) Prælatus ſubditum ſuſpendere, vel excommunicare non debet, niſi monitione præmiſſa: nec ſubditus contra diſciplinam eccleſiaſticam appellare poteſt; maxime ſi eſt Religioſus. Et Judex a quo præfigit terminum appellanti ad appellationem proſequendam, intra quem, ſi non proſequitur, Judex a quo reaſſumit juriſdictionem: appellans vero non proſequens appellationem ſuam, condemnatur in expenſis, appellato hoc proſequente.

☞ *Vide notata in c.* Ad noſtram 3. *ſupr.*

Cap. XXVII. *Ad hæc*. (24) Judex a quo, non obſtante appellatione, cognoſcit de cauſa, ſi appellans non proſequitur. Et Judex ut ſuſpectus recuſatus, poteſt alteri cauſam committere.

Cap. XXVIII. *Pervenit*. (25) Si Canonicus ad reſidentiam monitus appellat, ſtatuitur ſibi terminus ad appellationem proſequendam; & interim deſervitur beneficio per Vicarium de fructibus beneficii ſuſtentandum: & ſi appellationem non proſequitur, vel reſidentiam non facit, privatur præbenda.

☞ *Vide moderationem Elencho II. n. LVII.*

Cap. XXIX. *Conſuluit*. (26) A Judice juriſdictionem exequente non appellatur.

Cap. XXX. *Ad hæc*. (27) Qui ante citationem, vel notitiam litterarum miſit nuncium ad Papam, appellare poteſt, ne Delegatus procedat: ſecus ſi poſt.

Cap. XXXI. *De priore*. (28) Qui non detulit appellationi interpoſitæ ad Papam, mittitur cum litteris Ordinarii ad Curiam puniendus.

Cap. XXXII. *Quia*. (29) Contra conſtitutiones regulares appellatio Religioſum non defendit.

Cap. XXXIII. *Ad aures*. (30) Judex a quo poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendam appellationem, quo lapſo, reaſſumit Judex juriſdictionem.

Cap. XXXIV. *Ad audientiam*. (31) Si præcedente gravamine quis ſubmittit ſe protectioni Superioris, habetur pro appellante; dummodo ſervaverit ea, quæ in appellatione ſunt neceſſaria.

Cap. XXXV. *Accepta*. (32) Cauſa non eſt ad Judicem a quo remittenda, appellatione adhuc non juſtificata, niſi de Partium conſenſu.

Cap. XXXVI. *Poſtremo*. (33) Delegatus etiam datus cum clauſula *appellatione remota*, recuſari poteſt, ſi eſt conſanguineus impetrantis, vel ſi fuit Advocatus ejus in illa cauſa.

Cap. XXXVII. *Ad hæc*. (34) Sententia interdicti non ſuſpenditur per appellationem ſequentem.

Cap. XXXVIII. *Cum in Eccleſia*. (35) Judex appellationis remittit appellantem, & cauſam ad priorem Judicem; niſi ſibi conſtiterit a gravamine, vel injuſta ſententia fuiſſe appellatum.

Cap. XXXIX. *Directæ*. (36) Si appellans, qui non proſequitur, redit ad judicem a quo, & iterum gravatur, non obſtante prima deſertione, poteſt iterum appellare.

Cap.

(1) *Idem Norvic. Ep.*
(2) *Idem Rotomen. Archiep.*
(3) *Idem eidem.*
(4) *Idem eidem.*
(5) *Idem Pleb. & Cleric. S. Nazar.*
(6) *Idem Vigor. Ep.*
(7) *Idem eidem.*
(8) *Idem eidem.* (9) *Idem.*
(10) *Idem.* (11) *Idem Toletan. Archiep.*
(12) *Idem eidem.* (13) *Idem Eborac. Ep.*
(14) *Idem Cantuar. Archiep.*
(15) *Idem Bonon. Ep. & Archipræsb.*
(16) *Idem Zamor. Ep.*
(17) *Idem Cantuar. Archiep.*
(18) *Idem Carnoten. Ep.*
(19) *Idem VVinton. Episc.*

(20) *Idem Graden. Patriarch. & E. tit. S. Vitalis Præsb. Card. & Prior. S. Crucis.*
(21) *Idem Eborac. Archiep.*
(22) *Idem Richard. Cantuar. Archiep.*
(23) *Idem in Conc. Later.* (24) *Idem.*
(25) *Idem Sarisbar. Episc. in Angl.*
(26) *Idem Pariſien. Ep.* juxta Cujac.
(27) *Idem Jannen. Ep.*
(28) *Idem Ebor. Archiep.* juxta Cujac.
(29) *Idem Ab. Ciſterc.*
(30) *Idem.* (31) *Idem Abulen. Ep.*
(32) *Idem Terrac. Archiep.*
(33) *Luc. III. Lincoln. Episc. in Angl.*
(34) *Idem Novar. Episc.*
(35) *Clem. III.*
(36) *Idem.*

Cap. XL. *Præterea*. (1) Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti lata ſub conditione, ſuſpenditur, ſi ante conditionis eventum fuerit appellatum.

Cap. XLI. *Secundo*. (2) Si per reſcriptum committantur plures articuli connexi, & in uno removeatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis.

Cauſa ſuſpicionis proponenda eſt coram Judice, qui recuſatur, & probanda coram Arbitris.

Cap. XLII. *An ſit*. (3) Non tenetur Judex, vel adverſarius deferre appellationi, cui non detulit appellans.

Cap. XLIII. *Novit*. (4) Merus exequutor non recuſatur, nec ab eo appellatur, niſi modum excedat; maxime ſi eſt datus cum clauſula *appellatione remota*. *Vel ſic*. A Judice ſuſpecto non receditur per appellationem, niſi modum excedat.

Cap. XLIV. *Sæpe*. (5) Si appellatio recipitur a Judice, vel approbatur a Parte, terminus ad eum proſequendum præfixus obtinet vicem peremptorii, ut in abſentem procedatur, ac ſi peremptorie fuiſſet citatus; nec talis terminus præveniri poterit ab aliqua Partium.

Cap. XLV. *Conſtitutus*. (6) Appellatione deſerta per negligentiam appellantis, poteſt Judex ex officio procedere in caſibus, in quibus ejus officium exuberat.

☞ *Vide correctionem Elencho II. n. LVIII.*

Cap. XLVI. *Conſtitutis*. (7) Contra electum, vel confirmatum nullum aliud jus expectantem non admittitur regulariter exceptio, vel appellatio; maxime fruſtatoria ad impediendum electionis, vel confirmationis effectum; ſed poſſeſſione habita, poterit accuſari, vel denunciari.

Cap. XLVII. *Ex parte*. (8) Appellari poteſt, ſi locus non tutus Partibus aſſignatur, etiamſi ſit ſcriptum, *appellatione remota*.

Cap. XLVIII. *Significavit*. (9) Licite appellat reus, ſi non auditur excipiens procuratorem actoris non habere ſufficiens mandatum; vel ſe prius conventum per alias litteras, de quibus non ſit mentio in ſecundis.

Cap. XLIX. *Significantibus*. (10) Licite appellat reus, ſi non auditur petens declarari rem petitam in libello.

Cap. L. *Ex inſinuatione*. (11) Judex a quo, non poteſt ſtatuere terminum ad finiendam appellationem; quod ſi fecerit, intelligitur ſtatuiſſe ad ſe præſentandum.

Cap. LI. *Bonæ*. (12) Qui extra judicium appellat ex veriſimilibus, & probabilibus cauſis, ne in poſſeſſione moleſtetur, ſi poſtea ſpoliatur, reſtituitur ante omnia in ſtatum, in quo erat tempore appellationis emiſſæ.

Cap. LII. *Dilecti*. (13) Itineris arreptio habet vim appellationis, ſi ſervantur ea, quæ ſervari debent in appellatione.

Cap. LIII. *Paſtoralis*. (14) Per clauſulam *appellatione remota*, inhibetur omnis appellatio, quæ a jure non indulgetur expreſſe.

Licet excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denunciari poteſt, & beneficii redditibus ſpoliari.

Cap. LIV. *Solicitudinem*. (15) Si appellans ad Superiorem comparet coram Judice inferiori ſuper concernentibus ipſam appellationem, ipſi appellationi renunciare videtur; ſi autem proteſtetur, quod propter hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans, non eſt audiendus, niſi notorium ſit actum illum eſſe injuſtum, ſuper cujus emendatione adivit inferiorem.

Cap. LV. *Dilectis*. (16) Per appellationem legitime interpoſitam principale cum acceſſoriis ad Judicem appel. defertur, & ſententiæ excommunicationis, & interdicti poſt appellationem latæ non tenent.

Cap. LVI. *Ut noſtrum*. (17) Poſtquam Papa aliquam cauſam ad ſe revocat, non valet proceſſus poſtea per minorem Judicem factus; ſicut non valeret, ſi fuiſſet ab eo legitime appellatum.

Cap. LVII. *Oblatæ*. (18) Si terminum appellationis proſequendæ ſtatutum ab homine, altera pars prævenit, hoc tacito, litteras impetrando, litteræ non valent, ſed terminum juris etiam appellatus prævenire poteſt; dummodo nimium non præcurrat, & ubi ex dilatione imminet periculum, etiam neutra parte proſequente, poteſt Judex ad quem ſupplere, partes compellendo ad proſequutionem.

Cap. LVIII. *Per tuas*. (19) Altera parte contumaciter abſente, poteſt Judex appellationis etiam principale negotium definire, ſi poſt litem conteſtatam fuerit appellatum.

Cap. LIX. *Ut debitus*. (20) Appellans ante ſententiam tenetur exprimere cauſam rationabilem coram ipſo Judice a quo: nec admittitur exceptio, quod prius miſerat nuncium ad Sedem Apoſtolicam, vel quod litteras impetraverat, quæ nondum ſunt Judici præſentatæ.

Cap. LX. *Cum ceſſante*. (21) Si Judex, a quo eſt appellatum a gravamine, illud revocat, poteſt in principali cauſa procedere.

Cap. LXI. *Cum ſpeciali*. (22) Volens Judicem recuſare, debet coram eodem ſuſpicionis cauſam probabilem proponere, & eam coram arbitris communiter eligendis probare, qua non probata, ſua juriſdictione Judex utitur in principali; ea vero probata, remittit negotium ad ſuperiorem, vel cauſam committit de accuſatoris conſenſu.

In notoriis non admittitur appellatio. In dubiis cauſa probabilis coram Judice eſt exprimenda, quæ debeat legitima reputari: quam ſi non proſequitur, Judex a quo in cauſa procedat. Idem ſi proſequitur, & non probat. Hæc autem conſtitutio non extenditur ad Regulares.

Cap. LXII. *Cum cauſam*. (23) Si Judex confeſſionem Advocati eadem die revocatam pro litis conteſtatione velit habere, vel proceſſum a ſubdelegato ſubdelegati factum ratificat, licite appellatur.

Cap. LXIII. *Dilecto*. (24) Non ſufficit appellanti docere, quod exceptionem legitimam, & veram oppoſuit, & appellavit; niſi doceat propter exceptionem non admiſſam appellaſſe.

Cap. LXIV. *Nicolao*. (25) Appellans, qui terminum appell. præfigit, ſi mittit procuratorem ad impetrandum, & contradicendum tantum, & appellatio fuit recepta a Judice, vel approbata a parte, adverſario legitime proſequenti condemnatur in expenſis. *Gloſ. aliud ſentit.*

Cap. LXV. *Sua*. (26) Ab eadem ſententia ab eodem litigatore tertio appellare non licet.

Cap. LXVI. *Dilecti filii*. (27) Appellatio omiſſo medio Judice interpoſita, cauſam non devolvit, exceptione oppoſita.

☞ *Excepto ſummo Pontifice cap.* Per tuas *de ſent. excom. & cap.* Cordi 1. *hoc eodem tit. in 6. ac excepto Legato Sedis Apoſtol. cap.* Cum non 1. *de offic. Legat., & olim, quatuor Patriarchis majoribus in cauſis ſuarum Provinciarum ex ſpeciali privilegio Apoſtol. cap.* Antiqua 23. *de privileg. ad quos quiſque appellare poteſt, omiſſo medio.*

Cap. LXVII. *Ex parte*. (28) Si is, qui deſiit eſſe tutor, nomine pupilli convenitur invitus, poterit appellare.

Cap. LXVIII. *Intimaſti*. (29) Si Judex de jure dubitans vult conſulere ſuperiorem, debet conſultationis copiam partibus edere: alias ejus verbis conſultationis fides non adhibetur.

Cap. LXIX. *Significante*. (30) Si ante litem conteſtatam circa principale negotium Judex aliquid innovat, vel diem aſſignatum ſine cauſa prævenit, licite appellatur; Etſi Procurator datus ad impetrandum ſuper appellatione non ſervavit formam mandati, auditur appellans etiam poſt annum.

Cap. LXX. *Interpoſita*. (31) Ad juſtificandam appellationem ex cauſa interpoſitam, probare oportet cauſæ veritatem coram Judice a quo oblata probatio, & rejecta.

Si appellatio non fuit recepta a Judice, vel approbata a parte, ſufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicendum, licet pars adverſa ſit parata in curia proſequi.

Ante inchoatam proſequutionem appellationis appellans poteſt, ſi vult, invito appellato, petere, ut remittatur ad Judicem a quo, ſed condemnabitur in expenſis factis per partem adverſam in illa appellatione.

Articulus appellationis interpoſitæ a gravamine diſcutitur per Judicem ad quem, parte abſente per contumaciam, etiam lite non conteſtata in appellatione, vel principali cauſa.

Cap. LXXI. *Inquiſitioni*. (32) Clauſula *appellatione remota*, in medio litterarum poſita, reſpicit præmiſſa, quibus annectitur, non ſequentia, niſi repetatur in fine litterarum: & hoc ſi negotia ſunt ſeparata.

Cap. LXXII.

(1) *Cæleſt. III.* (2) *Idem.* (3) *Idem.*
(4) *In. III. Philip. Reg. Franc.* (5) *Idem.*
(6) *Idem Lemovic., & Cadurc. Episc.*
(7) *Idem Cancell. Meten. in Belg.* (8) *Idem Vigor. Ep.*
(9) *Idem P. Ep. & Decan. & Præceptor. Herforden.*
(10) *Idem G. Archid. de VVilto Nomando, & G. de Cretes Canon. Sueſſion.*
(11) *Idem Albricen. Ep. & de Luc. de Monte Merel. Ab. Albricen. Diœc.* (12) *Idem Roffen. & London. Ep.*
(13) *Idem N. S. Aug. & N. S. Georg. Priorib. Cantuar.*
(14) *Idem Ep. Helien.* (15) *Idem Episc. Pariſien.*
(16) *Idem Ep. Cantori & M. Archid. Trecen.*
(17) *Idem Mediol. Archiep.*
(18) *Idem Ab. S. Felic. & G. Canon. Bonon.*

(19) *Idem.* (20) *Idem in Conc. Later.* (21) *Idem ibid.*
(22) *Idem ibid.*
(23) *Honor. III. Decan. Cancell. & Cantor. Lincon. I.*
(24) *Idem Decan. Theſaur. & P. Petr. Canon. Zamor.*
(25) *Idem S. Andr. & Diviſcheſd. Archid. & Joan. Canon. Diviſcheſd.*
(26) *Idem Ep. Manturien. & N. Presb. Canon. Tuſcaniæ.*
(27) *Idem G. Archid. & Official. Lemovic. & Archip. de Notron. Lemovic. Diœc.* (28) *Greg. IX. Magiſtr. Scholar. H. & G. De Rupe Canon. S. Audoniani Morin. Diœc.*
(29) *Idem Mag. & Fratrib. S. Jo. Hieroſol. Morien.*
(30) *Idem Archiep. & G. Canon. Turon.* (31) *Idem.* (32) *Idem.*